13 Ideo redeundo, † vnde per longas digreſſiones non decuit recedere, amplio etiam memoratam opinionem in principio politam, quod non ſolum vendicat ſibi locum in capitalibus inimicis, ſed etiam in ſuſpectis de capitali inimicitia: & ſic hoc verum eſt, ſiue quis oſtendat ſe inimicum expreſſe, ſiue tacite, id eſt, qui odium gerat in mente, ſecundum Innoc. *in d. c. cum p. Manconella. de accuſat.* Bald. *in auth. ſi vero dicatur de teſtib.* Melchiorem de Facinis *in d. conſ. 81. num. 7.* Roma. *in rub. ff. de arbitr. colum. 12.* & Bald. *in Marg. in ver. Teſtis col. 15. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* Alex. *conſ. 99. in cauſa inquiſitionis formata. num. 2. vol. 1.* Iaſ. *in l. ſororem. C. de his quib. vt indi. & conſil. 167. col. 5. vol. 4* & Marſil. *in l. 1. §. præterea. nu. ff. de quæſt.*

14 Item ampliatur † quoque eadem opinio: quod idem operetur in recipiẽdis teſtibus inimicitia præſumpta, quod operatur inimicitia vera: & conſequente inimicus dicitur, etiam ſi offenſus ignoret offenſam, vt etiam tunc repellatur à teſtimonio, ſecundum Bart. *in l. 1. in fin. ff. de his quib. vt indig.* Innocen. *in c. cum I. & A. in fin. de re iud.* Bal. *in d. l. præſcriptione. colu. antepen. & conſ. 316. præſuppoſito ſtatuto. colum. 1. vol. 4.* Roma. *in d. rubr. ff. de arbit.* Abb. *in c. cum oporteat. & in c. repellantur. de accuſa.* Vincen. de Paleotis *conſ. 127. in fin. poſito inter conſilia Alexand. in 4. vol.* & Marſil. *conſil. 31. bonorum omnium largitor. num. 18. & in ſing. 178. inimicus repellitur à teſtimonio.*

15 Amplificatur † quoque poſtremo præmemorata opinio, vt teſtis inimicus, etiam ſi non conſtat de inimicitia, dummodo appareat de cauſa inimicitiæ, etiam per ſolam eiuſdem teſtis depoſitionem, ſimiliter repellatur à teſtificando, ita Creſcent. *deciſ. 35. lib. 1.* & Vincent. Paleot. *in d. conſ. 127. num. 19 inter conſil. Alex. vol. 4.*

Et tunc ad inimicitiam contrahendam non attendunt an iuſta cauſa, vel iniuſta præceſſerit, ſed an potuerit mouere animum alterius ad odium, *c. mementum. 3. repellantur. & c. non eſt crudelis. 23. q. 5.* vbi iudex quandoque inimicitiam incurrit ex adminiſtratione iuſtitiæ.

Denique, teſtis † inimicus in extremis laborans, etiam Christi corpore ſuſcepto examinari nequit cõtra inimicum ſuum ad perpetuam rei memoriam, & examinatus non probat, ita Bald. *in tit. de pace conſtan. §. vaſalli. col. 2. verſ. Extra quæro.* & Andr. de Iſer. *in conſtitut. § denua clandeſtina.* Et ſic regulariter teſti in mortis articulo conſtituto, nulla fides præſtatur, ſecundum Bal. *in loc. præcit.* Bertran. *conſ. 137. viſo proceſſu cauſæ inquiſitionis nu. 9. in 1. par. vol. 2. & conſil. 15. & ratio ſcribendi. num. 5. in 1. par. vol. 3.* & Gramma. *conſil. crim. vlt. ſub nu. 3.* 16

Vbi fideliter, † & exquiſite, more ſuo, conſuluit, teſti inimico capitali, quoad inferendam torturam nullam eſſe fidem præſtandam, niſi iſte teſtis eſſet examinatus cum tortura. Vbi *n. 3.* ſimiliter planum facit, † inimicitiã capitalem eam eſſe, quotieſcunq; offenſus directe, vel indirecte, & ſic per obliquum vendicare ſe poteſt. Nec non aperit quoq; eo in loco *n. 4.* inimicitiam capitalem probari etiam ex coniecturis. Imo ſcribit quoque Iudicem debere arbitrari, quib. ex cauſis, & occaſionib. quis præſumatur inimicus capitalis, Et, quod is, qui præteritis temporib. fuit inimicus vel eſſe conſueuit, ſecundum conſuetudinem patriæ, etiam hodie & in præſentiarum quoq; præſumatur inimicus, & aſſerit Baldus ipſe, hoc firmaſſe etiam Inno. *in c. cũ oporteat. de accuſ.* 17 18

OPINIO DCCCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes, Titium violenter cognouiſſe mulierem, an probant.*

Testes deponentes, † Titium cognouiſſe violenter mulierem, non probant: & ſic ſi formata foret inquiſitio contra Titium, & deponeretur eum violenter cognouiſſe mulierem: tunc ex huiuſmodi aſſertione puniri non poſſet, ex quo verbum *violenter* accipi poteſt actiue, & paſſiue, vt voluit Bar. *in l. ſi filiusfamilias de teſta. in l. 2. in fin ff. de duobus reis promit. & ſtipu. in l. ſi ita ſcriptum ff. de ma. teſtam. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem ff. ad leg. Iul. de adult.* Abb. *in c. dudum*, il ſecondo, *de elec.* Alex. *in l. 1. colum. 2. ff. de acquir. poſſ.* Ioan. Bap. Ferretus *conſ. 373. pro reſolutione motens ad me tranſmiſſi de patria. vol. 2. ſub num. 3* & Fel. *in c. auditis. colum. pen. de præſcrip.* Chriſt. Porr. *in princ. inſti. de duob. reis ſtip. n. 4. 5. & 6* vbi Zalett. *in addit. pro inſ. vita* 1

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod mediante tali depoſitione damnari poſſit Titius, & deueniri ad eius condemnationẽ, inclinarunt Ang. *in l. 2. per illum tex. C. de vi bonor. rapt.* Imol. Cuma. & Aretin. *in d. l. 2. §. fin. de duob. reis.* Inſ. *in l. non hoc. C. vnde cognati* Marc. Mantuan. *in c. in præſentia ſub num. 20. de probat.* & ſic magis communis opinio apparet contra Bar. cui reſpondetur: quia raro contingit id, quod experientia rerum magiſtra docet, vt mulier violẽter virum cognoſcat, & ob id hoc non eſt conſiderandum, ac verba violenter magis debent intelligi actiue, quam paſſiue, tam ob veriſimilitudinem, quam ex ordine ſcripturæ. Com. opin.

OPINIO DCCCCLXXX.

SVMMARIA.

1 *Mulier poteſt eſſe teſtis in cauſis criminalibus de iure ciuili: ſecus de iure canonico n. 2.*

2 *Mulier etiam de iure canonico in criminalibus teſtis eſſe poteſt, cum veritas aliter haberi non poteſt: non tamen eſt teſtis omni exceptione maior. n. 4.*

3 *Teſtis omni exceptione maior quis dicatur, & an teſtis in dubio præſumatur idoneus n. 6.*

7 *Teſtes an in dubio cenſeantur conteſtes, ſi vnus deponat de menſe Aprilis, alter de Maio, cum adiectione, ſi recte memini. Et vt dicantur cōteſtes, non verba ſed ſubſtantiam rei conſiderandam.*

1 TESTIS idonea † poteſt eſſe mulier de iure ciuili in cauſis criminalibus, ſecundum Spec. *in tit. de teſte. verſ. Quid ſi mulier. §* 1. Alex. *conſil.* 99 *ſub. nu.* 4 *lib.* 1 *conſ* 24 *num.* 2. *vol.* 2. *conſil.* 115. *viſo themate ſupraſcripto, & atteſtationibus teſtium. num.* 14. *vol.* 4. *& conſil.* 11. *num.* 6. *vol.* 1. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, Grammat. *conſ. crim* 12. *nu.* 16 *& ſeq.* & Iacob. Nouel. *in ſua pract. crim. in rubr. incip. crimina obiecta. numer.* 46. & præſtantiſſimus iuris interpres Peruſinus, D. Tobias Nonius, *Inſtit. de teſtam. in § teſtes autem nu.* 18. & Roland. à Valle *conſ.* 7. *in cauſa Antonini Brunelli ſub nu.* 1 *vol* 1. vbi adiicit quoque, eam cum alijs relatis per eum in practica ſeruari. *Com. opin.*

2 Contrarium vero reperitur cautum de iure Canonico, videlicet, quod mulier in cauſa criminali, propter eius grauitatem, teſtificari non poſſit, text. eſt in *c. forus. § teſtes. extr. de verb. ſig.* vbi Gloſſ. *in verſ. fœminas. & in c. mulierem.* 23 *q.* 5. vbi etiam Gloſ. & idem tenet Gloſ. *in c. ex eo* 11. *q.* 3 *& 9* Flor. *in l. ex eo. ff. de teſtib.* Ioan. de Platea. & Ang. Aret. *in § teſtes autem. Inſtit. de teſta.* Alex. *conſ* 19. *nu.* 1 *vol.* 1 Bertran. *conſ* 189 *num.* 2. *vol.* 1. Maranta *in tract. ordin. iur. in* 4 *parte prin. numer.* 29 *cum alijs abunde traditis per Marſil. in conſ.* 22. *conſ.* 18. *colum. antepen. num.* 34. *conſil.* 59 *colum. fin. conſ* 101. *colu.* 1. *& conſ.* 130 *num* 34. Abb. & alij *in l. quoniam. de teſtib.* vbi aiunt, iſtam eſſe communem opinionem, & Deci. *in l. fœmina. num.* 33 *ff. de reg. iur.* & ita conſuluit Alex. *conſ.* 11 *circa primum, ſub num.* 6 *libro* 1 & Oldr. *conſ.* 145. & tradit Iul. Clar. *in pract. crim. quæſt.* 24. *verſ. de iure canonico.* *Com. opin.*

3 Sed interpretatur † quod hæc concluſio cōmunis, de iure Canonico, non habeat locum, quando in delicto commiſſo non adfuerunt niſi mulieres, vtputa Titius fuit interfectus in præſentia duarum mulierum, nec ibi affuerunt alij teſtes, tunc exploratum eſt, quia aliter veritas haberi non poteſt, præfatum homicidiū poſſe probari per mulieres: quia in ſubſidium, etiam in cauſa criminali mulieres in teſtes recipiuntur, ſecundum Io. And. poſt Guid. de Suza. *in add. Specul. in tit. de teſte §.* 1 *verſ. Item quod mulieres* Abb. *in c. ... per illum tex. extr. de teſtib. cog. & in c. quoniam, vbi & alij Doct. de teſtib.* & Albert. *in l. in teſtimonium ff. de teſtib.* Alex. *conſil* 64. *viſo themate. in princip. lib.* 1. *conſ.* 100 *col. à fin. vol* 7. Deci. *conſil.* 165. *colum.* 2. Marſil. *conſ.* 5 *conſil.* 102 *& conſ.* 127 *colum* 2 *& in l. Diuus. n.* 9. *ff. de quæſt. in l. inſulæ num.* 43. *ff. ad legem Cornel. de Sicar. & in l. de minore nu.* 25. *ff. de quæſt.* Dec. *in d. l. fœmina. num.* 34. *circa medium.* Alciat. *in tract. de præſump. reg.* 1. *præſump.* 47. & Io. Nicolai. *in add. ibi,* Grammat. *conſil. crim.* 45 *num.* 20. & Curtius, *in l. admonendi. num.* 104. *ff. de iureiur.* vbi hanc limitationem late, & abunde declarat, & Deci. *in loco ſuperius citato.*

4 Interpretatur etiam † eadem cōmunis ſententia de iure canonico: vt quamuis eodem iure, ita repellantur mulieres in negocio criminali, nō tamen ita repelluntur, vt eis nulla omnino fides adhiberi debeat, ſed vt nō ſint teſtes omni exceptione maiores, vt voluit Bertran. *conſ.* 161. *etiam ſi verum eſſet, ſub nu.* 5. *vol.* 6 & Rolan. *in d. conſ.* 7. *ſub nume.* 12. 14. *& ſeq.* & Cepolla. *conſ.* 32. *n.* 2. *& ſeq.*

5 Teſtis autem † omni exceptione maior ille dicitur, cui nihil opponi poteſt, vt per Cepollam *in d. loco. num.* 3. Gloſſ. *in c.* 1. *in verſ. maiores. de conſang. & affi. ut. & in §. item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipulat. in verſ. idoneos,* & Dec. *in cap. ut ſi clerici. numer.* 212. *de iudicijs* & vide ea quæ addidi ſupra *in opinione* 941. *in fine numeri ſexti.*

Teſtes autem, † in dubio præſumuntur idonei. 6
ita Bertran. *conſ.* 205 *pen. in dictum. num* 26. *vol* 8.

Prout teſtes † in dubio cenſentur ſimiliter eſſe 7
conteſtes, ſi vnus ex eis deponat de menſe Aprilis, alius vero de menſe Maij, cum hac adiectione, *ſi bene reminiſcor*: & in ſumma reputantur eſſe conteſtes, ſi congrua interpretatione hoc fieri poſſit, licet in cōteſtes ſe non nominent: & conſequenter tunc probant, etiamſi non ſint omnino conteſtes, quoad corticem verborum, quia ſatis eſt, vt concordent in facto principali, & in ſubſtantia, ita Gloſſ. *in c. dudum, in verſ. ubi agitur, de conuer. coniug.* Alex. *conſil* 47 *abunde num.* 3. *vol* 2. vbi aſſerit, iſtam eſſe communem concluſionem, *& conſil.* 4. *ſub num* 7. *& conſil.* 230. *perſpectis atteſtationibus, vol.* 6 *& in l fin. in fin. C de bonorum poſſ. ſ. ſecundum tabul.* Grauet. cum alijs non paucis aggregatis per eum *conſ* 78. *num.* 9 & D. Io. Vincent. de Anna *in ſi* 634. *Com. opin.*

OPINIO DCCCCLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Frater an ſit idoneus teſtis in cauſa fratris & an tantam fidem faciat, quantam alius teſtis vt dici poſſit integrum ſupplicium. Et an ſuppleat numerum teſtium ſimiliter num.* 2.

3 *Frater pro fratre non poteſt eſſe teſtis in cauſis ciuilibus arduis & grauibus nec in criminali.*

4 *Soror habitans cum ſorore in eadem domo, non pro ſorore probet in cauſa matrimonij, eam eſſe carnaliter cognitam.*

5 *Frater an & quando ſit idoneus teſtis pro fratre inquiſito, ad eius defenſionem, & innocentiam, probandam.*

6 *Frater religioſus, vel laicus frater, deuote, & religioſe vita, eſt idoneus teſtis pro fratre.*

7 *Frater contra fratrem, & maritum contra vxorem, & econtra, teſtimonium ferre non cogitur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis.*

8 *Frater contra fratrem in crimine hæreſis cogitur dicere teſtimonium.*

TESTIS idoneus eſt frater in cauſa fratris, ſecundum † Bart. in *l. qui teſtamento §. quæ. n.* 9. *n* 6 *ff de teſta.* Gloſ. Innocen. & Imol. *in c. inſuper. ante ... ff. de leg.* Bertran. *conſil.* 212. *col* 4. *vol* 1 *incip. ſuppoſita.* Felin. & omnes Doct. magis communiter, *in c. cum oporteat. ſo lum* 3. *cum alijs ſeq. de accuſat. & in c. in literis extr. de teſtib. colum. fin.* Ioan. de Amicis *conſil.* 119. *nu.* 3 & Tobi. Nonius † Peruſinus, iuris vtriuſque ſtudioſiſſimus, *in §. ſed neque hæres. Inſtit. de teſt. in num.* 1 *cum al. n ſeq.* & Feli. etiam *in c. literas num* 4. *cum alijs ſequen. de præſumpt.* in quibus locis aſſerunt, iſtam eſſe communem opinionem, & limitant copioſiſſime in ſex caſibus, & Lancillottus Conradus, *in tract. ſeu pract. de dicat. lib.* 1. *c.* 9 *§.* 2. *in verſ. Frater numer.* 45 *fol* 60. & Bald. *conſil.* 285. *volu.* 4. vbi citat, & ſequitur Bartol. *in d. § quæcunque.* 1 *Com. opin.* 2

¶ Et licet Bald. teneat contrarium *in l. nullis Cod. de epiſc. & cler.* ob hoc tamen fatuum eſſet recedere à dicta communi in iudicando, & conſulendo, quam ſequuntur quoque infiniti Doct. varijs in locis iuris noſtri, & Alciatus *in tract. de præſumpt. in prima reg. præſumpt.* 23. *num.* 2 *& 6.*

¶ Sed Alexan. *conſ.* 18. *viſo proceſſu cauſa vertentis inter Antonium nu.* 4. *vol.* 1. arbitratur ipſi fratri deponenti pro fratre minus credi debere, quam extraneo.

¶ Qui

Com. opin. ¶ Qui quidem Doct. omnes declarant, ac explicant prædictam communem non procedere, quando fratres ſunt, vel reperiuntur in poteſtate eiuſdẽ patris, vel quando ſimul habitant, vel haberent bona communia inter ſe & Lanfran. *in c. quoniam contra. de prob. in verſ. Teſtes nu 62.* & Celſus *ibi in addi* & Feli. *in d. c. literas, num 6. & ſeq.*

2 Et licet frater ſolus, deponens in cauſa fratris, non faciat tantam fidem, quantam extraneus, ita vt deferri poſſit iuramentum ſuppletorium in defectum ſemiplenæ probationis, tamen cum habet aliũ conteſtem idoneum, is vtique ſupplet eius dictum, vt per Bal. *conſ. 10. in quæſt. quæ vertitur inter Philippum, ſub num. 4 vol. 5* Alex. vero *conſ. 237. perſp. ctis his quæ in thematena rantur, num 1. & ſeqq. vol. 6.* conſuluit contrarium, quod numerus duorum teſtium idoneorum ſit neceſſarius in præſenti caſu, nec numerus cenſetur ſupplere, vbi ſunt duo teſtes tantummodo vnus idoneus, inquam, & alter non, ſed dicitur ſolũ ſuppleri numerus cum ſunt tres, vel quatuor teſtes, & iſta eſt veritas, vt explicauimus quoque ſupra plenior cornu *in opinione 885. teſtium numerus ſupplet defectum eorum*, & ita iudicauit etiam ſacra regia Audientia Bononienſis non ſemel, in caſib. in ea occurſis, & decſis, *anno 1595 & ſ quinti.* & firmat quoque Dec. *in c. cauſam quæ n 5. de off. deleg.* vbi hanc aſſignat rationem, quod vnus teſtis officio duorũ fungi non poſſit, & ſic vnus teſtis vices alterius ſupplere vllo modo poteſt.

3 Declaraturque † ſimiliter hoc non habere locum in cauſa ciuili ardua, & graui, in qua abſque dubio frater non eſt idoneus teſtis pro fratre, imo omnino repellitur, ... Bald. *in l. parentes, col. 11. de teſtib. & in l. ... probat* & hoc in terminis in cauſa matrimoniali ... Maria. *conſ. 17. ſupradicta cauſa poſito* Et Ioan. Baptiſt. Ferrer. *conſ. 196. in cau. a matrimoniali num. ... 13. ... 1* vbi determinat Conſulendo,

4 fore ... in † habitantem in eadem domo cum ſorore nihil probare pro ſorore, in cauſa matrimonii: & ſic ſoror repellitur à teſtimonio in cauſa matrimonii, ſiue ſororis, deponendo eam eſſe carnaliter cognitam, hoc idem firmauere ſimiliter in terminis Aret. *conſ. 13. col 5.* & Dec. *conſ. 1 3 col 2 num. 4.*

5 Declaratur † præterea prædicta communis opinio, quod non habeat locum in cauſa criminali, in qua frater pro fratre non eſt idoneus teſtis vt cõſuluit Alexan. *conſ. 70 proceſſ. nu. 6 vol. 1* & Afflict. *in conſtit. mores diſſol. te viuentium. ſub num. 9. libr 3. rubr. 55.* & Feli. *in d. c. literas num 9.*

Quia accuſator, volens ad intentionem ſuam probandam producere fratres, non admittitur, ſecundum Io. Bat. Bal. Alberic. Salic. Paul. Caſtren. ... toſque omnes *in d. l. parentes* & Nouium *in d. §. Sed neq; hæres. num. 1.* vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. Com. opi.

6 Sed animaduerte, † quod ad probandum innocentiam fratris inquiſiti criminaliter, pro delicto, frater eſſet idoneus teſtis pro fratre: & per conſequens frater inquiſitus de homicidio poteſt probare per fratrem, ſe commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, ſecundum Bal & Sali. *in d. l. parentes.* Aret. *in tract. maleficiorum. in ver. Et dictum Titium ſe defendendo. col 7* Alex. *conſ 211 colum fi. libr. 2. & conſil. 4 in fin. vol. 6.* Natta in *conſ 359 quidam iudex procedens contra nonnullos de falſo ſub num. 2.* Marſil. *ſing. 508* Feli *in d. c. cum oporteat. in 5. not* Dec. *conſ 459. num 8 & conſ. 469. num. 7.* Grammat. *conſil. crim. 12 num. 19. & 20.* Grauet. *conſil. 119. num. 9.* Rolan. a Valle *conſ. 7. num. 15. vol. 1.* Bertran. *conſ. 15. vidi caſum mihi exhibitum n. 1 vol. 8.* & alios quamplures, relatos ſupra *in Opin. 160. Teſtes, affines, ſocii, amici & domeſtici.* vbi latius explicauimus iſtam materiam.

¶ Qui quidem Doct. hoc intelligunt procedere, vbi cuiuſque de alterius præiudicio, ſeu intereſſe non ageretur, ſed de mera defenſione fratris: & tũc fiſcus conqueri non debet, ſi huiuſmodi teſtimonium, ſeu depoſitio ei noceat, in pœnis quærendis, vt voluit Bald. *in d. l. parentes.* quia pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiam continet *l. ſeruum ea lege ff. de ſeruis expor.*

Item † frater religioſus, vti vir bonus, vel laicus, 7
deuotæ, religioſæq; vitę, recipitur in teſtem in cauſa fratris, ſecundum Ioan. de Imol. *in c. cum R. Canonicum de off. deleg.* quem refert, ſequiturque Felin *in d. c. literas. num. 11.* & Marſil. *in ſua pract. crim. in §. Principium num. 11.*

Et quamuis † frater pro fratre teſtificari poſſit: 8
nihilominus frater contra fratrem teſtificari non cogitur, *l. lege Iulia. de teſtib.* & not Abb *numer 8.* & Feli. *num. 16 in d. c. literas* & Bar. *in d. §. quacunque. num 6.* Et hoc habet locum tam in cauſa ciuili, quam criminali: ita tenet, & probat Gloſ. *in d. l. lege Iul. 4.* cum Com. opin. qua ſentiunt omnes Docto. communiter, teſte ibi Iacob. de S. Georg. *num. 2.* & eam ſequitur Abb etiam *in d. c. literas. numer. 8.* & omnes *in d. l. parentes.* & Neotza *in Sylua nuptial. libr. 3. num. 47.* vbi ait hoc idem procedere in coniuge deſcendentibus, & aliis.

Verum † in crimine hæreſis frater cogitur dicere 9
teſtimonium contra fratrem, ſecundum Panor. *in d. c. literas.*

OPINIO DCCCCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Chriſtianus de iure teſtis eſſe poteſt contra Iudæum. Iudæus contra Chriſtianum non item nu 2. An idem ſit in Iudæo nuper baptizato, & ad fidem Chriſti conuerſo, n. 6.*

3 *Iudæus non debet iurare per Euangelia, ſed per legem Moyſi, vel per Deum. Et quid, ſi per Chriſtum iuret. num. 4.*

5 *Iudæus etiam in ciuili cauſa teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum.*

7 *Iudæo deferri non poteſt iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum.*

8 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum, etiam in crimine vſurarum.*

9 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra officialem bonæ conditionis, & qualitatis, in ſyndicatu, in crimine corruptionis, & baratariæ.*

10 *Iudæus an tanquam peritus ad recognoſcendam, vel interpretandam ſcripturam Hebraicam contra Chriſtianum aſſumi poſſit.*

11 *Iudæus in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis, admittitur in teſtem contra Chriſtianos. Item in contractibus, quaſi contractibus, & teſtamentis.*

TESTIS eſſe poteſt † Chriſtianus de iure contra 1
Iudæum: vt not. *in c. Clemen. 1. & in c. Iudæi de teſtib. & in l. quoniam. C. de hæret.*

Verum Iudæi † haudquaquam poſſunt teſtifi- 2
cari, aut recipi in teſtes, contra Chriſtianos, vt in præcitatis iuribus, & not. Specul. *in tit. de teſte. §. 1. ver. Item,*

item, & eſt Iudeus. Ioan. de Anan. *in c. 1. colum. 1. de hæret.* Bart. *in l. cunctos populos, colum. 4. C. de Summa Trin.* Imol. & Card. *in d. Clemen. 1.* & Alex. *conſ. 35. colum. fin. & conſ. 70 colum. pen. lib. 2. & conſ. 379. prope fin. vol. 2.* Feli. *in d. c. Iudæi, in princ. & in c. cum ſit, num. 1. de Iudæis.* Marſil. *ſing. 41. Iudæus non poteſt eſſe teſtis, in princ.* Paris de Puteo *in tract. d. ſyndicatu. § fui ſemel rogatus à Doctore, numer 1.* & Bero. *conſ. 134. num. 20. vol. 3* cum aliis relatis per Iac. Nouell. *in ſua pract. crim. ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates. num. 19.* & iſta videtur indubitata, & communis eſſe ſententia, atteſtante Octauiano Cacherann *deciſ. 72. Inquiritur num. 5.* Com. opin.

§ Quæ comprobatur hac optima ratione, ſecundum Marquard. de Suſan. *in tract. de Iudæis, & in fidelibus in 2 part. c. 5 num. 11.* quia cum commorentur Iudæi in ſuperſtitione reprobata, dicuntur eſſe ſemper in delicto: vt not. Doct. poſt Gloſ. *in l. non erit. §. Dum. ff. de iureiur.*

§ Aliam vero rationem adducit, & aſſignat Iaſ. *in rubr. de iuſt. & iure, in 4. nota.* quoniam in teſte neceſſario requiritur iuramentum, quod per Iudæum præſtare nequit.

§ Sed huiuſmodi rationem optime, & non abre mordet, & reprehendit Marquard. de Suſan. *in tract. de Iudæis c. 5. num 10.*

3 Nam licet † Iudæus iurare non debeat per euangelia, ſecundum Bart. *in l. ſpadonem. §. fin. ff. de excuſ. tut. & in l. ait prætor. §. fin. ff. de iureiur.* tamen iurat per legem Moyſis vel per Deum, ita Bart. *in l. iuſiurandum. § ait prætor, in fin. eod. tit.*

4 Et quanquam † non teneatur iurare per ſancta Dei euangelia: nihilominus tamen, ſi iuraret per Chriſtum, cogeretur indubitanter ſeruare iuramentum, nec peccaret Chriſtianus, recipiens tale iuramentum, teſte Bart. *in 1. conſt. Digeſtorum.* & Innocent. *in c. & ſi Chriſtus. de iureiur.* & Alexan. *in l. 3 §. 1. eod. tit.* Et huic ſententiæ communi ita roboratæ inhæreot etiam Feli. *in cap. cum ſit, num. 1. per illum tex. de Iudæis.* & Afflict. *in conſtit. mores diſſolutos ѵmentum, numer. 8. lib. 3. rubr. 53.* vbi profert magnum verbum, ita decisum fuiſſe à Sacro Regio Concilio Neap.

5 Iudæum io † cauſa ciuili fidem non facere, nec probare contra Chriſtianum: prout teſtatur etiam idem Afflict. de hac eadem determinatione Sacri Concilii *in deciſ. 214 quidam Iudæi.*

6 Ampliatur hoc † etiam procedere in Iudæo, de proximo ad fidem Chriſti conuerſo, & baptizato, qui etiam non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, ſicut antea non poterat, vt voluit Gloſſ. *in cap. conſtituit. 17. q. 4.* Ioan. Crot. *in tract. de teſtib. in 4. part. ſub num. 136* Feli. *in d. c. Iudæi, de teſtib. & in d. c. cum ſit, ſub num. 1. de Iudæis* Marſil. *in l. 1. § præterea num. 5 ff de quæſt. in ſing. 107. Priuilegium dignitatis, & ſing. 273. incip. Notiſſimum eſt.* Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, in 6 limit. n. 10.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Soc. *in l. ſi vendum. § fi. ff qui ſatiſd. cogant.* Com. opin.

§ In contrariam vero ſententiam curioſe inclinauit Ant. Franc. de Doctoribus *in d. cap. Iudæi, in add. ad Abb.* & D. Brunorus à Sole *in add. Feli. ibidem ſub num. 1. in verſ. Iudæo,* & Marquardn *in d. tract. de Iudæis in 2. par. c. 5. num. 12.* vbi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus. & tandem fatetur audacter, eam eſſe veriorem. Sed rationes iſtius, parum, aut nihil me mouent, ad diſcedendum à prædicta communi opinione, cum qua concurrit etiam Feli. *in d. c. cum ſit, ſub numer. 1.* vbi tradit alteram ampliationem ſatis vtilem.

7 Ampliatur iidem † ſecundo præmemorata communis ſententia, ſeu regula, vt quemadmodum Iudæus teſtis eſſe nequit contra Chriſtianum: ita nec poſſit ſimiliter deferri iuramentum modo aliquo in litem, vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum. ita Bald. *in leg. qui accuſare. Cod. de eden.* Specul. *in d. tit. de teſte §. 1. verſic. 11. in quo eſt Iudæus.* Bart. *in d. l. cunctos populos* Ant. de Butr. *in d. c. Iudæi.* Alex. & Ioan. Bapt. Caccialup. *in l. admonendi. ff. de iureiuran.* Ioan. de Imol. *conſ. 11. in caſu propoſito poſt prin.* Paris de Puteo *in d. tract. de ſyndicat. § fui ſemel rogatus à Doctore maximo. num. 1.* Marian. Soc. *conſ. 34. num. 12. vol. 2.* Stepha. Aufret. *in tractatu de reprobat. teſtium. numer. 58* Marſil. *in d. ſing. 41.* & Cæphal. *conſ. 65. Hong. ſtatum 38. & ſeq. vol. 2.* & iſta eſt communis opinio. Com. opin.

8 Ampliatur tertio † quoq; anteſignata opinio communis, vt Iudæi quoque non admittantur, neque probent vllo modo contra Chriſtianum, etiam in crimine vſurarum, vt doctiſſime, ac religioſiſſime, more ſuo, determinauit Sacer Senatus Pedemont. *in d. deciſ. 72.*

9 Quarto amplificatur † prænotata communis in tantum ſortitur locum etiam, vt Iudæi nequaquam probent etiam contra officialem, bonæ famæ, & conditionis exiſtentem, ſi contra eum deponerent tempore ſyndicatus, in crimine corruptionis, & barattariæ, vt voluit non ambigue Paris de Puteo *in d. tract. de ſyndicatu §. ſin. ver. Fui interrogatus num. 1 cum aliis omnibus ſeq.*

10 Quinto ampliatur † ſimiliter prælibata communis habere locum etiam in recognoſcenda, interpretandaue ſcriptura, manu Iudæi, vel alterius ſcripta, & ſic literis Hæbraicis, contra Chriſtianum, vt tunc non debeant Iudæi ad illam ſcripturam recognoſcendam, interpretandamque aſſumi: & præſertim, ſi in loco iudicii reperiantur Chriſtiani, qui literas Hæbraicas interpretari poſſint vt voluit Alex. *conſ. 179. viſa ſcriptura priuata, ſub numer. 8. cum aliis 2 ſequen. vol. 2* & Card. *in Clemen 1. de teſtibus.*

§ Ampliatur ſexto, vt obtineat etiam locum illa communis opinio, ſi Chriſtianus à Chriſtiano conuentus foret in iudicio, vt nec tunc Iudæus teſtis eſſe poſſit, ita Nellus de Sancto Gemin. *in tract. de teſtib. in 1 par. num. 20.* licet Ioan. Crot. *in tract. de teſtib. in 4. part. num. 137.* ſentiat contrarium, quod videlicet Iudæus admitti queat ad deponendum pro Chriſtiano contra Chriſtianum, ſimul, litigantes & reddiubitationem.

11 Cæterum † claudicat primo iſta concluſio & regula, ita amplificata, in crimine læſæ maieſtatis, & in crimine hæreſis: in quo crimine procul dubio admittitur in teſtem Iudæus contra Chriſtianum. *cap. contra Chriſtianos, de hæret. in 6* & tenet Feli. *in d. c. Iudæi, n. 6* Hier. Gigas *in tract. de crim. læſæ maieſt. li. 2. quæſt. 10.*

12 Fallitq; ſecundo † loco eadem opinio, in contractibus, & vltimis voluntatibus, & in quaſi contractibus, & maleficiis: in quibus omnibus admittitur, & recipitur in teſtem Iudæus contra Chriſtianum, vt per Bart. *in l. quoniam. C. de hæret.* & Alexand. *in 1. conſtit. ff. veteris, in add.* Bart. *in verſ. In iuramento,* & Feli. *in d. c. Iudæi, num. 3.*

§ Alias vero limitationes ad regulam mentionatam, circiter octo, tradit Feli. *in d. c. Iudæi, ſub num. 1. cum aliis ſeq.* & Ioan. Crot. *in tract. de teſtib. in 4 part. nu. 136. cum aliis ſeq.*

OPINIO DCCCCLXXXIII.

SVMMARIA.

1. *Cæcus, contrahentium voces notas habens, an teſtis eſſe poſſit. Et an in confectione inuentarij, & quid in teſtamentis num. 1.*

3 *Cæcus depoſitus de viſu non probat.*
4 *Cæcus poteſt teſtificari de iis quæ vidit ante cæcitatem.*

1 TEſtis eſſe poteſt cæcus, [illegible] ſi contr[illegible] voces notas habeat: ſecundum G[illegible] *in c. teſtes.* 3. q. 9. Nec obſtat, [illegible] quod cæcus in voce decipi poſſit, *vt in c. nec aliqua* [illegible] *q. 1.* Nam & pariter in v[illegible] quis decipitur, *vt c. quemadm. 32.* & de Gloſ. *in c. teſtes.* ſequitur Accurſ. *in § Si vero abſens. in verſ. Vid.* ff. *in auth. de her. & Falcid. coll. 1.* dicens, non reperiri prohibitum, idem tenet Spec. *in § 1. ver. Nam* [illegible] *tit. de teſte.* Siculus *in c. præterea. col. 3 de teſti.* Ang. Peruſinus, *in l. ſi non ſpeciali* poſt Gloſſ. *ibi. C. de teſtam.* Stepha. Aufre. *in tract. de teſti. & eorum reprobationem nu. 10.* Neilu. de S. Gemin. *in tract. de teſtib. §. cæ. nu.* & Mar[illegible] *in repet. rub. C. de prob. nu. 353.*

2 Sed limitatur [illegible] hoc in duobus caſibus non procedere, ſecundum Sali. *in l. teſt.* [illegible] *C. de teſti.* primo in conſi[illegible] one inuent[illegible] *vt in d. §. Si vero ab int.* E[illegible] cundo claudicat in te[illegible] am[illegible] ntis, *vt in d. l. ſi non ſpe. ſalu.*

3 [illegible] limitatur [illegible] h[illegible] quæ ipſe cæcus [illegible] ponerete [illegible] vi[illegible] ſecundum Bart. *in d. l. teſtium.* & A[illegible] *ut. Mortis d. ſolute matrimonio. ſub numer.* [illegible] *lib. 3. rub. 53.*

4 Sed [illegible] animaduerte [illegible] hic, quod cæcus poſſit teſtificari [illegible], qu[illegible] vi[illegible] ante cæcitatem ſubſtantiæ [illegible] ſecundum Sp[illegible] *in d.* [illegible] Baæ *ad teſtium. § conditionem* [illegible] *teſti.* Ang. *in d. § ſi vero*, Bal. *in* [illegible] *Margaritam ver. T. ſtu. R*[illegible] *in rub. de arbit. colu. 7.* Alberic. de Maletis *in tract. de t*[illegible] *c. 5. ſub num. 36. & ſeq.* [illegible] *in d. c. præterea. in pe. fin.* & iſta eſt communis opinio, de

Com. opin.

qua [illegible] *in tract.* [illegible] *teſtib.* quamuis [illegible] male Sic[illegible], *in c. cum cauſam. de teſtib.* videatur tenere contrarium.

OPINIO DCCCCLXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Colonus & Vaſallus an pro vel contra dominum teſtificari poſſit & n.* [illegible]

1 TEſtificari † vel teſtis eſſe poteſt colonus pro Domino, nec aliquo pacto pro eo repellitur [illegible] ſtificando, ſecundum Inno. *in* [illegible] *in lit. contest. de teſtib.* & Spec. *in tit. de teſtib.* § 1. *ver.* [illegible] Angel. *in l. quoniam. C. de teſtib.* [illegible] *adportium in § patre. Inſtit. de teſtam.* [illegible] *in tract. de teſtib. in 9.* [illegible] *Dom. ſu.* [illegible] quorum opinionem ſcribunt eſſe communem Modes. *in tract.* [illegible] con[illegible] *fine:* [illegible] leniari So[illegible] Iunior *conſ.* [illegible] *8. lib. 2.*

Com. opin.

§ In contrariam vero [illegible] ſententiam [illegible] Glo. & Abb. *in d. c. literas.* Alberic. *in l.* [illegible] *C.* [illegible] *teſtib.* Afflict. *in conſtit. mari d.* ff. [illegible] *nu. 10. lib. 3. rub. 53.* Alberic. [illegible] Ma[illegible] *de teſtib. capit. 2. numer. 40. cum ali.* [illegible] & I[illegible] *in* [illegible] *quoniam contra. de probat.* [illegible] *numer. 64.* [illegible] admonet [illegible] eſſe communem opinionem. Tamen primam [illegible] demonſtrarunt Io. Bap. [illegible] *1. v tolo. go. præ.* ff. *& d. poſitione teſtium. nu. 20. Vol. 2.* & Socin. *in d. conſ. 135. numer. 6. & 8.*

Com. opin.

2 Item vaſallus † admittus debet in teſtem, etiam ad reſti[illegible] dom[illegible] ſuo, ſecundum [illegible] nd. [illegible] *in add. Specul. in tit. de teſte § 1. ver. Sed* [illegible] *vaſallus. Paul. in l. quæreſtame. 10. § pereſtatis* ff. *de ſeſtum.* Aluar. *in c. 1. § ſi enim quod ſit in feud.* [illegible] *in cap.* [illegible] *materiæ,* A[illegible] de Iſer. *in capitu.* [illegible] *ſtanter comi. &* [illegible] ſperitia [illegible] at hoc non habere dubitationem aliquam. Nellum *in tract. de teſtib. in 3. par. numer. 89.* Paul. *conſil. 75. numer. 23. vol. 2.* & Al[illegible] *deciſ.* [illegible] *4.* [illegible] recitat [illegible] decem aliis contrariis op[illegible] ſecundum Sicut Regi[illegible] N[illegible] ſub ijs poſſit eſſe [illegible] Domino ſuo [illegible] niſi haberet [illegible] cum metu [illegible], accuſat[illegible] de[illegible].

Sed [illegible] contra [illegible] dominum vaſallus teſtis [illegible] contradi[illegible] n[illegible] ſecundum G[illegible] *conſ. 5. num. 11. vo.*

OPINIO DCCCCLXXXV.

SVMMARIA.

1 *Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & in cauſa teſtamenti* [illegible] *nu. 3.*
2 *Legatarius an ad probandum legatum ſibi relictum teſtis eſſe poſſit. & nu. 3. in fin. & quid ſi relictum ſit in teſtamento* [illegible] *nu. 4. Vel in teſtamento nuncupatiuo. nu. 5.*
6 *Legatario an totum teſtamentum vel particula eius tantum credenda ſit.*

1 TEſtes eſſe non [illegible] prohibentur aliquo modo in teſtamento legatarij, *§ legatarius Inſtit. de teſta. Laudantes* [illegible] *C. eod. tit. c.* [illegible] *qui teſtamento* ff. *eod.* Neilus de S. Gemi. *in tract. de teſt.* [illegible] *par. ſub num. 34.* Albert. de [illegible] *in tract. de teſt.* [illegible] *capi. 4. numer. 4. & ſequen.* Lanfran. *in c. quoniam contra. in ver. Teſtes* [illegible] & Io. Crott. *in tract. de teſtib. in 1. par. n. 15* & ibi [illegible] Moncada *in add. in litera* [illegible] vbi poſt alios, aggregatos per eum, non obſtante [illegible] communem opinionem, quod legatarius pro herede, & pro ali[illegible] indubitanter teſtis eſſe poſſit.

Com. opin.

2 Tamen legatarius † non poteſt teſtificari ſuper ſuo legato: & ita non admittitur ad probandum legatum ſibi factum, ſed vniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamento: & eo caſu non dicitur deponere ſuper facto ſuo principaliter, ſed in conſequentiam *l. omnibus. C. de teſti.* cum allegatis per Felin. *conſ. per col. 5. de teſti.* & iſta tenet, & [illegible] etiam Bartol. & Aret. *in d. l. qui teſtamento.* Alber. *in tract. de teſtib. quando teſtes repellantur ratione affectionis, col. 8.* Iaſ. & Rum. *in d. l. diſtantibus.* Alex. *conſ. 14. col.* [illegible] *& ſequ. et ratu, vol. 6.* & Afflict. *in de* [illegible] Ti[illegible] *q. in tract. teſt. ter. ad alia, ſub* [illegible] *ſ. in parvo 4.* & I[illegible] Fran. *in c. quoniam contra de probat. in ver. Teſtes. numer. 70. poſt prin.* & illam dicunt e[illegible] communem opinionem, Alexand. *in d. l. diſtantibus.* Portius *in § legatarius.* & ibi Mo[illegible] *Inſtit. de teſtam.* & Curtius Iun. *conſil. 178. num. 18.* & D. Tobias Peruſinus *in d. § legatarius, ſub nu. 9. & ſeq.* vbi eam limitat in tribus caſibus.

Com. opin.

3 Et quod † legatarius ſit idoneus teſtis in teſtamento, probatur multis rationibus per Doct. prǽcitatos, & [illegible] quia ſit approbatus à teſtatore, & ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento. Nihilominus non habet l[illegible] cum vbicunq; deponeret ſuper legato ſibi facto, & per conſequens ad proprium commodum, & vtilitatem (tunc enim, vt ſupra deduximus ex communi opinione) non probaret.

4 Sed cum † teſtamentum eſt in ſcriptis conditum, ac in eo, vni ex teſtibus, ſeu omnibus, eſt legatum aſcriptum, legatarius poſſet eſſe teſtis, & conſequi legatum ſibi relictum, ſecundum Nicola. de Matare. Bald. & Corn. *in d. l. diſtantibus.* Paul. Caſtren. & Imol. *in d. l. quod teſtamentum, in prin.* Fab. Aretin & cæteros *in d. §. legatarius.* vbi D. Tobias. *numer. 8.* inquit iſtam eſſe communem opinionem, ac indubitatam.

Com. opin.

Item

5 Idem † ſi nuncupatiuum eſſet conditum teſtamentum, quod à notario reaſſumptum in p[illegible]cam formam non eſſet: tunc ſi teſtibus in[illegible] o[illegible]gatum eſſet, teſtamentum vtique valeret, atque hereditas ex eo dari poſſet, & legatarii in eodem teſtamento teſtes eſſe poſſent, vt voluerunt Bartol. Bal. Imol. Pau. Caſtren. Aret. & cæteri *in d. l. qui teſtamento. in princ.* contra Glo. [illegible] aſſeuerant[illegible] Idemque firmauit Cornel. *in d. l. diſtantibus* [illegible] & Aret. *in d. §. legatarius.* & iſtam eſſe commun[illegible] ſententiam meminit Soci. *in d. l. ſi quis ita* [illegible] *de teſt.* [illegible] & Thobias *in d. §. legatarius num.* 9. licet ibi teneat contrarium ſimul cum aliis relatis per eum.

Clo. opin.

6 Sed aduerte, † quod legatario ſit edenda per notarium in teſtamentis ſolum particula legati, cum inſtitutione hæredis, non autem totum teſtamentum, vt per Iacob. de Are. Cyn. Bartol. & alios vniuerſaliter omnes *in l. fin. C. de precib. imper. offeren.* & per eundem Bart. *in l.* [illegible] *§. item ff quemadmodum teſtam. aperiant.* & Ang. de Vbaldis *conſ.* 164. *Dominus V. calle.* vbi conſuluit hoc etiam procedere in eo, qui ſuit in re certa inſtitutus, quod Notarius teſtamenti teneatur ei tantummodo edere particulam ſui legati, & inſtitutionis hæredis, quæ eſt caput, & fundamentum teſtamenti, & legatorum. *§. ante heredis. inſt.* [illegible] & ita obſeruaui ſemper in practica, vt Iudex, & aduocatus in omnib. cauſis [illegible]curſis per 42. annos continuo [illegible] quib. verſor in hac legali paleſtra, atq; ſcientia. Et hoc procedit ſimiliter ſeuera in inuentario, vt illud edendum ſit, etiā in particula, vt per Bal. *in* [illegible] *ver. inſtrumentum verſ. ſi.* & Io. Bertachin. *in tract. de gabellis q. 4. princ. in 4 par. n. 9.* vbi diſcurrit, ponitq; aliquos alios etiā caſus particulares, in quib. particula duntaxat edenda ſit aliorum librorum, & ſcripturarum hebreorum, mercatorum, & aliarum ſimilium perſonarum.

OPINIO DCCCCLXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſores an pro fideiuſſore teſtis eſſe poſſit quod non principaliter fideiuſſerint.*

2 *Fideiuſſor acceptus a creditore vt principalis, non habet beneficium diſcuſſionis.*

TESTIS idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro fide-
1 iuſſore, † ad probandum, quod nō principaliter fideiuſſerint, ſecundum Cy. Bal. Ang. & Sali. *in l. diſtantibus. C. de teſt.* Bar. *in l. ſi quis ita per illum text. ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. ſi §. 1. col. 2. C. de exec. rei iud.* & Rōchegallum *in tract. de duobus reis.* [illegible] *princip.* [illegible] *nu. 50. fo. 462.* Stephan. Aufret. *in tract. de teſtib. & eorum reprobatione num.* 45 & Marſil. *in repet. rubr. num.* 449 *& ſeq. ff. de fideiuſſ.* Tiraq. *in tract.* [illegible] *fol. par. 4.* & iſtam opinionem dicit eſſe communem Iaſ. *in d. l. diſtantibus nu. 8.*

Clo. opin.

2 Sed interpretatur † hoc nō procedere, ſecundum Sali. poſt Bal. *in d. l. ſi. §. 1.* ſi creditor noluit eum vt fideiuſſorem accipere, ſed vt principalem: tunc certe non habet beneficiū diſcuſſionis, quia eſt vere correus debendi *l. ſi non ſinguli ff ſi cer. pet.* quem ſequitur Alex. *conſ. 78. col. 2. vol. 1.* licet Ang. tenuerit contrarium, *in §. legatarius. inſt. de teſtamentis.*

OPINIO DCCCCLXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor an pro reo principali poſſit eſſe idoneus teſtis, & in nu. 2. & 3.*

4 *Teſtis habens intereſſe poteſt examinari cum proteſtatione de non vtendo dicto ſuo pro ſe.*

TESTIS idon[illegible] cipali [illegible] ſecundo [illegible] *1. verſ.* [illegible] *in l.* [illegible] *teſtib. & eorum reprobatio* [illegible] tia [illegible]

5 Se[illegible] Quo[illegible] fide[illegible] lum [illegible] *memoratum* [illegible] nunciauit per modum [illegible] Pau. Caſtren. Aret. in [illegible] Io. A[illegible] *Specul. in tit.* [illegible] *de teſt.* [illegible] Bal. [illegible] Ang. [illegible] Ar[illegible] *verſ.* [illegible] Iaſ. [illegible] poſt Aret. [illegible]

Clo. opin.

3 Q[illegible] Ba[illegible] & A[illegible] ſtratum [illegible] opin[illegible] do fideiuſſ[illegible] nciauit benefici[illegible] vel debitor p[illegible] ſit præſ[illegible], & [illegible] non renunciaſſet benefi[illegible] tunc [illegible] teſtis eſſe teſtis, & ſed [illegible] tunc non [illegible] greſſus contra fideiuſſorem, & [illegible] aut præiudicium [illegible] eueniret fid[illegible], vt concludit Iaſ. *in d. §.* [illegible] *in d. ſu. reper.* & Carol. [illegible] *conſ.* 189. *nu.* 11 *vol.* 1.

Sed [illegible] quam in alio 4 quocunque ſimili [illegible] poſſit vtique examinari cum proteſtatione [illegible] non [illegible] in aliqua parte ſe iuuare dicto ſuo [illegible] Guin. *deciſ.* 10. *lib.* 2.

OPINIO DCCCCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Pauper ob ſolam paupertatem in ciuilibus non repellitur a teſtimonio, ſecus in criminalibus* [illegible] *nu.* 7

2 *Pauper non eſt teſtis omnino* [illegible]

3 *Pauper & ſimul* [illegible] *an* [illegible] *iurare* [illegible] *rigore ſtatuti, & diſpoſitionis iuris debere iuramento dam*[illegible] *paſſi, vel creditoris, vel alterius.*

4 *Pauper quis dicatur & nu. 5. 6.*

8 *Pauper poteſt eſſe teſtis in cauſa matrimoniali ſi ſit honeſtus* [illegible] *tempore depoſitionis.*

9 *Matrimoniale negotium graue, & arduum eſt, & æquiparatur criminali negocio.*

10 *Teſtis pauper non omnino a teſtimonio repellitur.*

11 *Teſtis filius & pauperis fides non adhibetur.*

TESTIS pauper † ob ſolam paupertatem [illegible] 1 teſtimonio non repellitur, vt tenet Gl[illegible] niter approbata a Do[illegible] *in c. ſi quis teſtium. extr. de teſt.* quam opinionem celebrat, ſequitur, [illegible] Iaſ. *in auth.* [illegible] *col. ſi C. vnd. vir & vxor.* [illegible] *conſ.* 78. *num* 9. Ioan. Bapt. [illegible] lat. per eum, *in* [illegible] *in* [illegible] *praſ. Papien. in* [illegible] *teſtium §. proteſtante* [illegible] Cornelius Ben[illegible] *in tract. de paupertate* [illegible] redditionem *nu. 45 fol. par. 41.* [illegible] *7. num. 25* & [illegible] *in l. ex libero homine nu. 7. & ſeq.* [illegible] *& in*

Clo. opin.

& in ſua pract. crim. in §. Principium, num 9. vbi declarat quando teſtis pauper admittatur in teſtem, & Soc. *in tract. fallen. in reg. 89. Pater ad teſtimonium, num. 2. & ſeq.* & Alex. de Neuo *conſ. 19. in cauſa Franciſ. bius, num. 1.* vbi concludit, quod teſtes pauperes non repelluntur à teſtimonio, verum relinquitur iudicis arbitrio, an eis ſit adhibenda fides, vel non, & quantum eis credendum ſit, & quæ paupertas reddat teſtem ſuſpectum, & firmat etiam Ripa *in l. ſi conſtante, num. 32. cum alijs ſeq. ff. ſol. matr.*

2 Et licet † teſtis pauper recipi poſſit in teſtem, non obſtante paupertate, vt ſupra docuimus: nihilominus ille teſtis pauper non eſt omni exceptione maior, ſecundum Spec. *in tit. de teſte. §. 1. verſic. Item quod ſit pauper.* Alex. *conſ. 15 viſo vol. 3* Et facilius corrumpitur, *l. 3. ff. de teſtib.*

3 Hinc eſt, † quod non poſſit idem teſtis iurare in ſupplementum probationis: nec iurare poteſt vigore ſtatuti, diſponentis, credi iuramento damnum paſſi, vel creditoris, aut alterius: vt per Paril. *in conſil. 164 num. 2. incip. Illuſtriſ. ma. vol. 4.*

Animaduerte, quod ſi aliquando fuerit repertus periurus, tale iuramentum nõ eſſet ei deferendum, cum nec in aliena, nec minus in ſua cauſa teſtis eſſe poſſit, ita Marian. Soci. *in tract. de litis conteſt. c. quod ſi ſuper, verſ. poſtremo aduerte fol. 115.* vbi tradit pro cautela *vam. c. ſi. at, & in c. teſtimonium Ext. de teſtib. & c. parvulis, 22. q. 5. c. quam. que 6. queſt. 1.* Quia ſemel periurus nequaquam eſt admittendus, Doct. *in c. cum in eccleſia, Ext. de maiorit. & obedien.* & de materia iſtius ſtatuti, & ad plures quæſtiones vide Socinum *in tract. præmemorato, & loco.*

Nec tale etiam iuramentum eſt mulieri deferendum, ita Corta *in memorali, in verſ. maſculinum, in fine,* Corn. *conſ. 14. in præſenti, num. 6. vol. 2* Soc. Iun. *conſ. 1. nu. 102.* quos refert Plotus *de in lit iur. §. 52. num. 18.*

4 Et † aduerte circa præmiſſa, quod pauper ille dicatur, qui non habet vltra aureos quinquaginta in bonis. *l. nouellis de accuſ.* Et intelligitur illa lex de aureis, quorum ſeptuaginta duo faciunt vnam libram auri, *l. 5. C. de ſuſcep. & arca. lib. 10* & not. Gloſſ. *ind. fin in princ. Co. l. commun. de leg.* & Cy. *in l. ſi quis de donat.* Alex. *conſ. 25 viſo proceſſu inquiſitionis, num. 2. vol. 1.* Vide de hac materia *ſupra opin. 76 Aureus.*

5 Et pariter † pauper eſt, qui in bonis non habet quantum eſt cauſæ de qua agitur. Gloſſ. eſt ſingularis in §. *item, in auth. de her. & Fa. ind.* & Ioan. de Amicis *conſ. 78. numer 1. tenet* & firmat, Afflict. *in conſtitut. vere ad ſtatuere vtentium ſub num. 5 lib. 3. rub. 11. 53.* & Dec. *conſil. 163 num 4.* Alex *in d. conſ 15 num. 3. vol. 3.*

6 Tamen veritas † eſt, quod arbitrio iudicis committatur, relinquiturq́; quis dicatur pauper, qui iudex debet conſiderare qualitatem perſonarum, conſuetudinem loci, conditionem ipſorum, & alias ſimiles circumſtantias, ſecundum Glo. *in auth. præterea, in ver. locuples C. vnde vir. & vx.* quam dicit communem Dec. *in l. ſoles, nu. 15. de offic. & in d. auth. præterea, n. 10.* Marſil. *in l. 1. q. ad tormenta modum, nu. 8 ff. de queſt.* & Rum. *conſ 55 n. 4 & ſeq vol. 1.* qui hoc optime, ac vtiliſſime explicat, vt ſcripſimus latius ſupra *in Opinione 61. Arbitrio iud. . n., nu., lib 1 fol. 54.*

Cõis opin.

7 Sed prædicta communis, quod pauper poſſit eſſe teſtis, procedit in cauſa ciuili, in criminali vero cauſa in teſtem nullo modo admittitur, nec recipitur, ſecundum Tancr. Anto. & omnes, *in d. c. ſi qui.* Rolan. à Valle *conſ. 7. in cauſa Antonij Brunelli, num. 21. vol. 1.* & Soc. *in d. regul. 289 num. 2. & ſequen.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan. de Amicis *in d. conſ 78. nu. 9.* & Dec. *in d. conſ. 163. num. 4.*

Cõis opin.

8 Bene † verum eſt, quod pauper poſſit eſſe teſtis in cauſa matrimoniali, ſi ſit honeſta perſona, tempore ſoi dicti, ac depoſitionis, vt voluerunt Aret. *conſ. 14. col. 10.* Alex. *conſ. 149 viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, numer. 9. vol. 5.* Ioan. Bapt. Ferretus in terminis, *in conſil. 191. viſo longo proceſſu & depoſitionibus teſtium, num. 18. vol. 2.* & Ripa *in d. l. ſi conſtante, ſub num. 33.*

9 Non obſtante, quod negocium matrimoniale, ſit negocium graue, arduum, & æquiparetur negocio, ſeu cauſæ criminali, ſecundum Alex. *conſ. 152. viſo proceſſu cauſa matrimonialis, ſub num. 7. vol. 5.* Ioan. Ant. Rubeum *conſ 73. in cauſa matrimoniali nu. 8. inter conſilia matrimonialia diuerſorum, vol. 1.*

10 Cæterum † ſi teſtis foret pauperrimus, omnino repelleretur à teſtimonio, ita Ioan. And. *in* ... *multa ter. tium,* & aſſentitur etiam conſulendo ... de Neuo *conſ. 35. in nomine Domini, num. 18. 19. & 20. inter conſilia matrimonialia diuerſorum, vol 1.*

11 Nec etiam, † ſi teſtis eſſet vilis, & pauper vlla fides ſimili in eo caſu ei adhibenda eſſet, & præſertim in cauſa matrimoniali, vt per Alex. *conſ. 149. viſo proceſſu inter Michaelem, numer. 9. vol. 5.* & Ioan. Ant. Rubeum *conſ. 73. in cauſa matrimoniali, num. 8. inter conſilia matrimonialia diuerſorum, vol. 1.*

OPINIO DCCCCLXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Laicus, & mulier in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis contra clericum, ſecus in criminali. nu. 2.*

3 *Mulieres, & laici ſunt idonei teſtes contra clericos in criminali, quando veritas, actu, & habitu aliter haberi non poteſt.*

4 *Clericus in cauſa criminali contra laicum, non recipitur in teſtem coram iudice ſeculari.*

1 TESTIFICARI † poſſunt contra clericum, laici, & mulieres, quãdo agitur ciuiliter, *c. quoniam, de teſtibus.* vbi Abb. & omnes Scriben. hoc notant, & tenent pro conſtanti, & *in c. tam literis eod. tit.*

2 Sed hoc † non procedit in cauſis criminalibus, in quibus mulieres, & laici non ſunt idonei teſtes, nec poſſunt ferre teſtimonium cõtra clericum. *l. forus, de verſ. ſig. & c. de cætero, & c. teſtimonium, iuncta* Glo. *ibi. q. 1.* Et Iul. Clar. vbi de communi, *in pract. crim. quæſt. 24. verſ præterea quæro fol. 89.*

3 Imo † ſublimitatur etiam hoc dictum, ſi ex natura negocii, veritas, actu, & habitu aliter ſciri nõ poſſet, quam per laicos, vt puta, quia agatur de probando actu, facto rite, in quo ſolet vnus ſolus ſacerdos tantum adeſſe, tunc enim laici admittuntur contra clericos, ſecundum Siculum, Are. & alios Canoniſt. communiter *in d. c. de cætero.* Alex *in conſ 64. col. 1. vol. 1.* Iaſ. *in l. ſi. col. fin. C. de his quib. vt indig.* Marſil. *in ſua pract. crim. in §. Diligenter, num. 81* & Grammat *conſ. crim. 45. num. 20.* Cõis opin.

¶ Et ratio dictæ communis opinionis allegatur hæc per citatos Doct. ne delictum remaneat impunitum, deturque in poſterum clerico delinquendi occaſio.

¶ Sed antedicta communis limitatur in quinque caſibus, quos ponit, refertq́; abunde Abb. *in d. cap. de cætero,* & Lancellotus Conradus, *in practica, ſeu tract. de decurionibus, lib. 1. c. 9. §. 12. de offic. prætor. num. 77. & ſeq. fol. 106.*

4 Hiſque † neceſſario adde vnum, quemadmodũ laicus contra clericum teſtificari nequit, vt ſupra docuimus: ita ſciendum eſt, clericum non poſſe admitti, nec recipi in teſtem, in cauſa criminali contra

laicum, coram iudice ſeculari, *cap. nullus. 11. q. 1.* tenet Spec. *in tit. de teſte. § 1. verſ. Item quod eſt clericus*, & ibi Io. And. *in add.* & Guido Papæ. *in quaeſt. 63. c. teſtimonium. 11. quaeſt. 1.* Innocen. *in c. cum P. Mancoucella, Ext. de accuſ.* Grammat. *conſ. crim. 3. num. 9.* & ſi forte clericus fuerit examinatus, non facit indicium, ita Grammat. *in* ſu *loco*. Vbi Boſſ. *in pract. criminali, in tit. de oppoſit. contra teſtes, num. 91.* dicentem non admitti, etiam ſi adeſſet proteſtatio, quam ſolent facere clerici, iuxta *cap. 2. de homic. id. in 6* Gabriell. late in materia *lib. com. concluſ. in tit. de teſtib. concluſ. 7. num. 6.*

OPINIO DCCCCXC.

SVMMARIA

1 *Teſtes de auditu deponentes, in contractibus, vel quaſi, ſi cortina, vel paries fuerit in medio, an probant, & n. 2.*

3 *Teſtes teſtamentarij debent de neceſſitate videre teſtatorem, alias non probant.*

4 *Teſtimonium de auditu regulariter non valet, etiamſi adiuuaretur fama publica.*

5 *Teſtimonium de auditu ad præſumptionem vt indicium facit per quod transferatur onus probandi in aduerſarium.*

6 *Differentia inter præſumptionem iuris, & hominis quæ ſit.*

7 *Præſumptionis effectus, quis.*

8 *Teſtimonium de auditu an admittatur in cauſa adulterij. Et in quibus præterea.*

7 Eſt tamen † bene verum, quod hæc taliſqualis præſumptio ſit huius effectus, vt ſi probationes ſint hincinde, vel ab vtraq; parte pares, tunc illa vtique pars obtineret, & victoriam reportaret, quæ haberet pro ſe talem præſumptionem, ita Gloſ. communiter recepta ab omnib. *in l. ſi duo patroni, in ver. authoritate, ff. de iureiur.* & Marſil. *in ſing. 371. teſtis de aud. tu aud. tui. poſt prin.* Prout iudicandum quoq; eſt contra vniuerſitatem, ſi teſtes de Vniuerſitate forent pares, cũ teſtibus aduerſarii, vnde licet duo teſtes, vniuerſitatis inducant plenam probationem, tamen ſi teſtes aduerſarii eius eſſent pares, illi tunc vtique præferrentur contra vniuerſitatem, ita Abb. *in c. in ſuper, de teſtib.* Alex. *conſ. 68. in viſo, & dudum diſcuſſo ſub num. 5 & ſeqq. vol. 2.* & Dec. poſt iſtos *in cap. tertio loco, num. 54 de probationib.*

Clus opin.

8 Et licet † teſtimonium de auditu regulariter non valeat, tamẽ admittitur, & probat in cauſa adulterii, *l. ſi maritus, §. lex Iulia, ff. de adulter.* alios vero caſus, in quib. teſtis de auditu probet, ponit, atque diſcurrit Ripa *in l. 1. nu. 86 ff ſi cert. petat.* & Ioan. Crot. *in tract. de teſtib. in 1. q. n. 306.* prout teſtis de auditu à principali, ſimiliter probat, ita Rom. *conſ. 142.* Capuaqu. *dec. n. 267 teſtis deponens. nu. 2. in 3. parte,* & Nicol. de Mylis *in Re. ... in verbo probatio. ver. probatio de auditu probat ſpoliũ.* vbi probat quoque, ac planum facit teſtes de auditu alieno deponẽtes in factis antiquis, ſufficienter probare, & itoc idem aſſeritur etiam *in verbo. teſtis verſic. teſtes deponentes de auditu,* Dec. *in c. veniens, n. 21. de teſtib* & Felin. *c. tam literis, ſub n. 2 de teſtib* vbi non obſcure deducit teſtimonium ſimiliter, de auditu auditus valere, etiam in probanda parentela, nec non in probando quoq; hæredem fraudaſſe hæreditatem.

OPINIO DCCCCXCI.

SVMMARIA.

1 *Infamis infamia facti eſt idoneus teſtis in cauſa ciuili, quoad ius ciuile, ſecus quoad ius Canon. nu. 2 in fin.*

2 *Infamis infamia facti non æquiualet integro teſti, vbi nonnulli aſſig., quibus quis efficitur infamis, & de cum eſt ita.*

3 *Infamia facti probatur per teſtes, etiam nullo modo iuratos.*

4 *Infamia an probetur etiam per teſtes in alio loco quam vbi contracta eſt.*

5 *Infamis poteſt obiicere teſti, vel alteri infamiam.*

6 *Teſte infamato ſe purgante, va et eius teſtimonium*

1 Teſtis eſt † idoneus infamis infamia facti, hoc eſt improbatis & leuioribus præditus moribus, in cauſa ciuili, ſecundum Gloſſ. *in l. 3. § dua autem, ff. de Carb. edic. & in c. teſtimonium, de teſtib. in verſ. in hoc caſu.* & vtrobique Doct. & Soc. iun. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 32. num. 31. vol. 2* vbi affirmat iſtam eſſe magis communem opinionem. Vide etiam *ſupra opin.* 969.

2 Sed non foret iſte teſtis dignus tanta fide, quantã reliqui integri teſtes, ſecundum Gloſſ. Bart. Bald. & Salic. *in l. 1. Cod. de Summa Trin.* Bartol. *in l. Caſſius, ff. de ſenatorib.* Lallum de Lutciam *conſlit. R. qui Pacta remotum, num. 5. lib. 1.* Abb. Bald. Feli. *num. 7.* & Dec. *num. 71. in c. licet cauſam, de proba. per textum ibi.* & Marſil. *in ſing. 109. in ſumma,* & Abb. *in d. c. teſtimonium* dicentem arbitrio iudicis relinquendum eſſe, quantum ex hoc fides teſtis prædicti diminuatur, quod inquit communiter receptum ab omnibus Scribentibus Lanfran. de Orian. *in c. quoniam contra, de proba. in ver. Teſtes, num. 74.* & ibi Benedic. Vadius *in add.*

¶ Iſta itaque communis, quod teſtis infamis infamia facti, ex toto non repellatur in cauſa ciuili, explanatur locum obtinere ſolummodo, de iure ciuili, non autem de iure canonico, ſiquidem de iure hoc, infamis infamia facti omnino repellendus venit à teſtimonio, etiam in negociis ciuilibus, vt firmat, & probat Grauet. *conſ. 2. ſub n. 2.* Et de iſtis teſtib. infamibus de facto, ponit aliqua exempla Orianus, *loco de quo ſupra.*

Prout retinens duas concubinas eodem tempore eſt infamis, vt per Gl. *in auth. quib. mod. natural. efficiantur legit.* & Bal. *in l. 2. C. de inoff. teſt.* vbi dicit etiam habentem vxorem & ſimul concubinam, eſſe ſimiliter infamem.

Infamis etiã quis efficitur propter fidem ruptam, vt notatur per Doct. *in l. ſi. in G ... ex quib. ca. ſ. e. ſam. irrog. & in l. ſi pignore, § ſi poſt diſtractum, ff. de pignor. actio.*

Tertio veniens contra pactum, vel tranſactionem iuratam, eſt ſimiliter infamis, *leg. ſi quis maior annis 25. aduerſus pacta, C. de tranſactionib.* & Dec. *conſ. 452. viſo inſtructione, vol. 3.*

Quarto hiſtriones, magici, excõmunicati, & qui turpitudini ſunt intenti, & muliebria patientes in corpore ſuo, ſunt ſimiliter infames, *c. 1. & 2. q. 1. & l. 1. § remouet ff de poſtulam.*

Quinto corrumpens, & corruptus, producens falſum teſtimonium, eſt etiam infamis, *c. conſtituimus, 3. q. & c. ſi quis coniunctum, 17. q.*

Sexto remotus propter dolum ab adminiſtratione, eſt etiam infamis, *l. p. C. de ſuſpect. tut.*

Prout præuaricator condemnatus eſt etiam infamis, *l. ſi n ff de præuaricat. l. 1. ff. de his qui not. inf. infam. & §. neian. lum 2. q. 3.*

Octauo parans inſidias ſuo Prælato eſt etiam infamis, *c. ſtatuimus, 11. q. 1.*

Nono periurus eſt ibidem infamis, quando iuramentum eſt de futuro, ſecus ſi de præterito, ita Gl. & alii, *in l. qua ſub conditione ff de condi. inſtit.* & ſic limitatur textus, cũ ibi notatis *in c. quicunq. 6. quæſt. 1.* quod quilibet ſcienter periurus dicatur infamis.

Decimo, omnes filii, inſurgentes in patres, efficiuntur infames, *c. plerunq. 1. q. 7.* Vnde cum pater, dicat in teſtamento filios eſſe infames, tunc filii infamantur de facto, *l. ea quæ, cum ... C. ex quib. cauſ. inſam. irrog.* vbi textus ita loquitur, ea quæ pater teſtamento ſuo, filios increpans ſcripſit, infames quidem filios iure non faciunt: ſed apud bonos, & graues opinionẽ eius, qui patri diſplicuit onerant, quia quilibet patri diſplicens, reputatur Infamis de facto vt per Cyn. *in eo loco.* vbi declarat quæ dicatur infamia facti, ita vt infamia facti ſugillet, opinionẽ hominis apud bonos, & graues, *l. apud Celſum. § aduerſus, ff. de dolo except.*

Vndecimo monachus, vel monacha procreans filios, eſt ſimiliter infamis, *c. impudicas, 27. q. 1.*

Duodecimo, iudex iudicans contra conſcientiam per ſordes, vel gratiam, eſt etiam infamis, *c. 1. de re iud. lib. 6. verſ. vel per ſordes, ibi fama ſua, &c.*

Tertiodecimo, tutor, vel curator, qui pupillam ſibi, vel filio, maritauit eſt quoq; infamis, *l. ſi tutor, C. de interdicto matrim. inter pupill. & tutor. ſeu curat. filioſq. eorum.*

Decimoquarto publicus aleator, & in ludo mutuans eſt ſimiliter infamis, *cap. inter dilectos. de exceſſ. prælat.*

Decimoquinto omnis relegatus eſt denique infamis, *l. cum quidam, alias l. cum quis, § 1. ff. de teſtam.* & ibi Bart.

Decimoſexto ſimoniaci, tam dantes, quam accipientes,

[illegible]

[illegible] DC[illegible]CXCIV

SUMMARIA.

1 *Pater, & mater, [illegible] ætate [illegible]*

Pater [illegible] non poteſt ad [illegible] filia.

Pater [illegible] probat ſuper ætate [illegible]

[illegible]

[illegible] *deprobat.* [illegible] *de teſtib.* [illegible] *de ætate.* [illegible] *reg. 417 exordiente.* [illegible] *parentes pro lib.* [illegible] *num. 8.* [illegible] *quoniam contra* [illegible] *poſt medium deprobat.*

¶ Al[illegible] Doctor. aſſerunt [illegible] quos [illegible] *Opin.* [illegible] *non poteſt* [illegible] *fol. 8* [illegible]

Et [illegible] Nam [illegible] nequit, modo aliquo, [illegible] *teſtis idoneus. ff. de teſtib. l. parentes. C. de teſtib.* [illegible] *teſtis idoneus. 4. q. 3.* 2

E[illegible] quamuis [illegible] agitur de probanda æ- 3
tate [illegible] aliqualem præſum-
ptione[illegible] quando ætas, ſeu na-
[illegible] atque [illegible] per
[illegible] magis proba-
[illegible] ſuper [illegible] quam e-
rum viua vox, vt firmauere Ant. de Bu[illegible] *ex literis.*

 de

[illegible]

SUMMARIA.

1 [illegible] *re concor-* [illegible] *teſtamentum.*

2 [illegible] *impubes qui pu-* [illegible] *non prædicant.*

[illegible]

[illegible] CCXCIV.

SUMMARIA.

1 [illegible] *an poſſint licite, & iuſte* [illegible] *principem tyrannum, & numero* [illegible]

[illegible] *quo dominatur,* [illegible] *tyrannidem.*

[illegible] *ex ſucceſſione, vel*

[illegible] Bo- [illegible] *cum multa alia ſe-* [illegible] *diuerſorum* [illegible] 3

[illegible] *arti.* [illegible]

Qui terret, plus ipſe timet, ſors iſta tyrannis
Conuenit, inuideant claris, fortesq; trucident
Muniti gladiis viuant, ſeptiq; veneno.
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.

[illegible] ſerv[illegible] Reipublic[illegible] 4 [illegible] ad [illegible] *tyrannum* [illegible] *de iuſt.* [illegible]

[illegible] opt[illegible] *in conſ. præſenti* *nu. 4. in tit. de non oppr[i]mendis vaſallis.* [illegible] S. [illegible] Fe[illegible] Saluator [illegible] *Thomæ do-* *ctrinam tenuit, unquam repertus eſt, a veritate tramite de-* *uiaſſe. Et qui eam impugnauit, ſemper* [illegible] *de veritate ſuſpe-* *ctus* [illegible] Chri[illegible] M[illegible] Capo [illegible] *in ſcholiis* [illegible] *theologicæ veritatis. cap. 14. de plenitudine gratiæ Chriſti, prope fin. lib. 4.*

[illegible] *Prouerb. cap. 25. aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum, aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia, thronus eius.* [illegible] *Sapientiæ 16. quod oporteat* [illegible] *tyrannidem.* ob quod [illegible] Tragœdia [illegible]

Victima haud vlla amplior [illegible] *magisque opima ma-* *ctari* [illegible] *iniquus.* [illegible] *officiorum,* [illegible] monſtran[illegible] *Nulla nobis eſt ſocietas* [illegible] *tyranno*

[illegible] 4 *ſed*

& Cotta *in memorab. in ver. Venditor læſus.* [illegible] hoc vtile verbum, quod in [illegible] Cotta *conſi.* [illegible] & cum [illegible] iſtam eſſe [illegible] communem ſententiam.

OPINIO MII.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio, vel renunciatio ſuper alimentis futuris, debitis ex teſtamento, vel iure neceſſario, non valet, abſque decreto iudicis. Et quod ſi iuramentum interuenerit. num. 2.*

3 *Tranſactio facta cum iuramento ſuper alimentis futuris non tenet, ſi tranſigens prius iurauerat ſe non tranſacturum ſuper alimentis.*

4 *Lex tranſactionem prohibens ſuper alimentis futuris, an videatur prohibere pactum gratuitum? remiſſiue.*

1 TRANSACTIO † ſuper alimentis futuris inconſulto prætore, non valet, nec tenet: & [illegible] tranſactio vel renunciatio ipſa abſque decreto de iure prohibita reperitur ſuper alimentis debitis ex teſtamento, vel iure neceſſario. *l. cum hi. ff. de tranſact.* [illegible] vt docet Goth., prohibitio hæc facta extitit ob priuatorum commodum, qui propter præſentem [illegible] paruam pecuniam, ſolent renunciare facillime futuræ etiam maximæ ſpei.

2 Nihilominus † ſi in dicta tranſactione, adhuc inconſulto prætore facta, interuenit et iuramentum, eo [illegible] mediante, [illegible] efficeretur: vt voluerunt [illegible] *in reg. a. teſt. num. col. 7 de reg. iur. in 6.* Bar. [illegible] *in Auth. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* Inn. *col.* [illegible] *col. pen.* Ant. Innoc. *col. fi.* [illegible] *col. pen.* Anto. Imol. [illegible] & Alciat *nu. 192 in c. cum contingat. de iureiur.* Alex. *in l. quis Romæ. §. duo fratres. q. 5. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in d. l. cum hi.* & idem Iaſ. *colum. 1.* & Dec. *ſub nu. 12. in l. de alimentis. C. de tranſact.* & iſtorum opinio communis eſt ſecundum Alciat. *in d. c. cum contingat. num. 193. & ſeq.* — *Com. opin.*

¶ In contrariam vero partem videlicet, quod renunciari, ſeu tranſigi non poſſit ſuper alimentis futuris [illegible] ex vltima voluntate, etiam cum iuramento [illegible] titubanter Bar. *in d. l. cum hi. ſ. num. 6 & ſeq.* [illegible] *in l. pactum quod dotali. q. pen. C. de collat.* Et [illegible] conſiderando, [illegible] eſſe forte quæſtionem dubiam, nec [illegible], nec ſimiliter ſecundam opinionem ſequi auſim, Marcus Anton. Baueria, *in tract. de vir.* [illegible] *iuramenti. q. 46.* & Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona.* [illegible] *num. 141. & 156* tamen [illegible] periculum fore in actu practico, diſcedere à dicta prima ſententia, quæ veriſſima apparet ex ſcriptis præmemoratorum Doct. cui quidem inhæret quoque Iacobus Manchellus cum aliis [illegible] per eum [illegible] *18 Oppoſita exceptione, pro parte* [illegible] *num. 1. & ſeq.* vbi proponit etiam communem [illegible]. — *Com. opin.*

3 Sed [illegible] aduerte, quod licet tranſactio ſuper futuris alimentis iuramento confirmetur: tamen ſi quis [illegible] iurauerit ſe non tranſigere ſuper alimentis, cum iuramentum concordet cum iure communi. *d. l. cum hi.* non valeret tranſactio poſtea facta cum iuramento: [illegible] poſtea tranſegerit, etiam cum iuramento, tranſactio ipſa nullius momenti foret, per [illegible] in [illegible] iuramentum [illegible] quod [illegible] in practica dum eris iudex [illegible].

4 Similiter [illegible] ex præ[illegible], quæ prohibet [illegible] futuris, [illegible] etiā prohibere [illegible] de Alex. &c. *in d. l. cum hi.* [illegible] *ff. de verb. oblig.* hoc optime declarantes.

OPINIO MIII.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio eſt contractus innominatus, & vltro citroq. obligatorius. num. 2.*

3 *Tranſactio dicitur contractus ſemilucratiuus, ſed non donatio.*

4 *Tranſactionē reſcindere procurans, tenetur ante omnia reſtituere accepta.*

5 *Quibus verbis vtendum in tranſactione, vt caute agatur.*

6 *Verbum conuentionis & concordiæ etiam tranſactionem denotat.*

TRANSACTIO eſt † contractus innominatus, [illegible] habet nomen generis ſecundum [illegible] *rub. C. de rerum permut.* Gl. Bart. & cæteri [illegible] omne in *l. ſiue apud acta. C. de tranſact.* Afflict. *deciſ. 108. pro maiori parte ſub num. 2.* Bertran. *conſi. 37. illud certum eſt. num. 5. in* [illegible] *par. prim. vol.* Ioan. de Amicis *conſi.* [illegible] *num. 11.* & [illegible] eſt communis opinio vt prædicat Bero. *conſ.* [illegible] *6. in cauſa illuſtri D. num. 3. & 30 volum. 1* & Corabus *in miſcell. iuris ciuilis lib. 2. c. 15 num. 7.* Licet, & male ibi, & *lib. 1. ca.* [illegible] *ſub nu. 4* ſentiat contrarium, pro qua vide etiam B. [illegible] *in l. quamuis. de tranſact. & in rubr. C. de rer. per.* [illegible] Gl. [illegible] *in l. ſi vitra. ff. de pact.* & Bart. *in l. 2. ff. de iureiur.* Et eandem [illegible] communem commendauimus quoque ſupra, *in opin.* [illegible] *4. contractus præcaria. numero 4.* — 1 *Com. opin.*

Ex † conſequenter etiā tranſactio eſt contractus vltro citroq. obligatorius, & longe differens à pacto de non petendo, & liberatorio, vt per Alex. & alios *in l. tranſactio. C. de tranſact.* & per Bar. *in l. ſi cauſa cognita. eod. tit.* 2

Et [illegible] hinc dicitur tranſactio, contractus ſemilucratiuus, ita Bald. *in l. contractum col. 1. C. de fide inſtru.* ſed non donatio: ſecundum Bald. *in l. fin. Cod. de repud. hæred.* 3

Itaque veniens † contra tranſactionem, debet ante omnia accepta reſtituere. *l. ſi diuerſa. C. de tranſactionibus.* Chiſ. *deciſione 199.* Thomas Grammaticus *deciſ. 66. In cauſa Excellentis Comitis. num. 22.* & Afflict. *deciſ. 220. In cauſa dominus. num. 4.* vbi meminit ita decretum fuiſſe in Sacro Conſilio. Et ita conſului etiam *Anno 1576.* ad fauorem Magnifici D. Alphonſi Conſaloneri de Recaneto, in cauſa maximi ponderis, & momenti: in qua obtinuit, reportauitque ſententiam ad ſui fauorem, vt mihi [illegible] fuit: & ita obtinuit etiam in Regno in variis cauſis, & vidi ſemper obſeruari in practica. 4

E[illegible] † inde eſt, quod cum ſit tranſactio, cautio ſit, vt dicatur. *dimittens*, vel *relaxans*, quam ſi dicatur, *dans*, ſeu *tradens*, quia dans, ſeu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens, ſeu relaxans: textus eſt aureus & notabilis, ſecundum communem intellectum, *in l. ſi pro fundo. C. de tranſact.* vt refert, ſequiturque Cirmenſ. *ſingul. 131. Volo dare cautelam*, & ibi apoſtil. [illegible] hanc cautelam tradidiſſe Bal. vaſallo tranſigenti ſuper feudum *in c. Imperialem. in prin. de prohib. feud. alien. per Federic. in vſib. feud.* 5 — *Com. opin.*

I[illegible] † bene verum, quod licet partes vtantur in tranſactione verbo *conuentionis*, & *concordia*; nihilominus tunc dicitur proprie tranſactionis contractus, & non alius: teſte Ioan. de Amicis *in d. conſi. 130. num. 2.* 6

OPINIO MIV.

SVMMARIA.

1 *Trebellianicam teſtatore prohibente hereditas ad fideicommiſſarium tota transferatur.*

2 *Teſtator*

2 *Teſtator vtens verbis his, reſtituas hereditatem* pleno iure, *an Trebellian. detractionem prohibuiſſe cenſeatur. & nu.* 3.

4 *Trebellianica an prohiberi poſsit filiis primi gradus, per prohibitionem alienationem omnium bonorum.*

5 *Trebellianica, an liberis primi gradus expreſſe prohiberi poſsit. Et an tam per generalem prohibitionem alienationis omnium bonorum quam ſpecialem immobilium prohibita cenſeatur nu.* 5.

1 TREBELLIANICA † per teſtatorem prohiberi poteſt, & tunc peruenit hereditas ad fideicommiſſarium, ſtante prohibitione hac, abſque Trebellianicæ detractione, ſecundum Glo. & omnes *in l. Marcellus ff. ad Trebell.* & iſta eſt communis opinio, vt per Imol. Alexand. & alios *ibi. in fin.* Angel. Aret. *in §. ſed quia num. 3 Inſtit. de fideicommiſ. hered.* Bald. *conſil.* 17. *num* 5. *volum* 5 Bellam. *conſi.* 48. *in* 2. *dub.* Aret. *conſil.* 37. *num.* 10. *& conſi.* 67 *circa fin.* Bertran. *conſi.* 105. *num* 4. *in nouo volum* 3. Dilectuor, *de arte teſtandi tit.* 5. *de ſubſti. cautela* 31. *num.* 2 & Bellonum, *conſi.* 80 *num.* 16 & magis communem ait Alex. *conſi* 137. *nu* 6 *vol.* 1. & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabr. cumulatiſſime *in concluſ.* 25 *Falcidia lib.* 6.

2 Quæ cõmunis † non procedit cum teſtator vſus eſt verbis ampliſſimis, & prægnantib. videlicet; *reſtituas hereditatem pleno iure*, tunc enim per iſta verba, detractio Trebellianicæ non cenſetur prohibita. & ſic iſtis verbis non obſtantibus, eſſet locus detract. omni prædictæ, ſecundum Oldrad. *conſi* 46. Caſtren. *conſi.* 28. *colum.* 2 *vol.* 2 Caprani *conſi* 36. *in fine.* Roman. *conſ.* 75 *ſub num.* 2. *& conſi.* 79. *nu.* 1 *&* 5. Caſtren. & Comen. *in authen ſed cum teſtator. C ad legem Fal. id* Socin. *conſil.* 33 Corſet. *in tract. de Trebell §* 2. *colu. pen.* Felin *in c. cum dilectus col* 3 *de reſcrip.* Dec. *in l. Titia. ff de inoffi teſt* Bertran. *conſi.* 37 *vol.* 1 *in nouis & conſi* 75 *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 19. *in fi. vol.* 2. Gratum *conſ* 03. *nu.* 14. *vol* & iſtorum opinio apparet magis communis.

Com. opin.

3 In contrariam † vero partem, videlicet, quod ſi teſtator iuberet, ſeu mandaret hereditatem ſuam reſtitui debere, pleno iure, quod ob hoc videatur Trebellianicam ipſam prohibuiſſe, inclinauit Bald. *in l. precibus colum* 15. *C de impub.* Alexand. *conſi.* 101. *colum.* 2. *volum.* 6 Guido Papæ *q.* 537. *& conſi.* 122. & Dilectus *in d. cautela* 31. *num.* 3. qui exclamant iſtam eſſe communem opinionem. Nihilominus prima opinio realiter, & effectualiter videtur magis communis, & magis vera ex præcitatis, ſecundum Soc. Iun. *conſi.* 88 *volum.* 4. qui conſulendo eam tuetur, & amplectitur.

Com. opin.

4 Imo † Trebellianica poteſt prohiberi, etiam filiis primi gradus, per prohibitionem alienationis omnium bonorum; quia Trebellianica ad fauorem liberorum primi gradus fuit prohibita, per prohibitionem omnium bonorum, ex quo teſtator voluit omnia bona, pleno iure reſtitui, & omni meliori modo, & iure, & voluit teſtamentum omni meliori modo effectũ ſortiri, quę verba æquipollent expreſſæ prohibitioni, *auth. vt ſponſa inualia* [illegible] *in fi.* vbi Iac. de Beluiſio not. Oldra. & Bal. *in auth ſed in ea. C. ad leg. Fal.* Pariſ. *conſ.* 1 [illegible] *nu.* 22. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 122. *in fin vol.* 2. Picus *in repet. l. in quartam. nu.* 47. *ff ad legem Falc.* Et hoc præſertim procedit in caſu, in quo alienatio prohibita eſt in omne tempus, atq; vt bona perpetuo remaneant inter deſcendentes, vt tradunt Mantua, *conſ.* 191 *num.* 10. & Hierony. Gabriel. *conſ.* 86. *poſt nu.* 24. *vol.* 2.

5 Et † quamuis Rolan. à Valle *conſ* 9. *poſt num.* 11. *& ſeqq. vol.* 4 & Berous *conſ.* 93. *nu.* 15, *volum.* 2. reſpondentes per prohibitionem alienationis, quibuſcunque verbis conceptam, non [illegible] intelligi prohib[illegible] detractionẽ Trebel[illegible] primi gradus [illegible] fundamento [illegible] opinionem, quam ipſi opinan[illegible] communem [illegible] eſſe, qu[illegible] delicet liberis primi gradus [illegible] nullo modo [illegible] prohiberi queat, vt non p[illegible] Docto. qui hanc opinionem [illegible] ſecuti ſunt, & atteſtatur [illegible] ſuis temporibus veriorem, receptioremq; eſſe, vt refert Rol. *in d. conſ* 9. *poſt nu* 11 *cum ſeqq.* & Hieron. Gabr. *conſ.* 63. *poſt n* 26. *vol.* 2 Cæphal. *conſ.* 188. *nu.* 13. Natta, *conſ* 145. *numer.* 13 *volum* 1. *& conſ.* 528. *numer* 15. *& ſeq volum.* 3. Gerard Mazzol. *conſi.* 108 *nume.* 5. Mantua *conſi.* 1 [illegible]. *num.* 2 *& conſi.* 148 & Tiber. Decian. *conſi.* 18 *numer.* 28 *& ſeq. volum* 1 atque in [illegible] tur concludendum, non cenſeri prohibitam per prohibitionem alienationis omnium bonorum, quibuſcunq; prægnantibus verbis con[illegible], cum plus operetur tacita prohibitio, quam expreſſa, vt Rolandus, & Berous demonſtrauerunt [illegible] quicquid [illegible] eorum conſilia affirmauerint, puto, hodie line [illegible] aliqua verius eſſe, atque receptius, quod Trebellianica prohiberi poſſit, etiam in filiis primi gradus, vt hanc opinionem ſępiſſime amplexa eſt, tanquam magis communem, & magis veram, Rota Romana *in vna Romana hereditatis de Bubalis*, coram D. Caſſiodoro. ac etiam in alia *de Capiſuccbis* coram Dn. Petraſiocta, vt teſtificatur Simonet. *deciſ.* 84. & Creſcentius *deciſ* 2. *alias* 129. *tit. de teſtamentis.* & alias ſecuta eſt eadem met Rota, *in alia Romana de Bubalis*, coram D. Piſauren. & nouiſſime *in vna Florentina de Soderinis* quam etiam opinionem alias ſuſtentauimus, vt magis communem *in deciſ.* 3. *libro primo.* vbi eam canonizauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatuſque Moliſii, & Sacrum regium conſilium Neapolitanum, vt explicauimus *infra, in opinione* [illegible] 1005. & commendauit quoq; Hieron. Gabr. *conſ.* 92. *nu.* 10 *vol* 2.

Com. opin.

6 Imo † Trebellianica intelligitur prohibita etiam, non ſolum per ſpecialem prohibitionem alienationis immobiliũ, ſed etiam per prohibitionem generalem omnium bonorum [illegible] cum deducatur ſolum de vniuerſali fideicommiſſo, & receptum ſit, per prohibitionem alienationis intelligi prohibitam, veluti diſpoſitum eſt de falcidia, ita Ang de Vbaldis, *in §. ſi quando in auth vt ſponſalitia largitas.* Bal. & alii paſſim *in auth ſed in ea. C. ad leg. Fal.* Ripa *in l. ſi filiusfamilias. § diui. num.* 50. *ff. de leg* 1. Paul. Picus *in l. in quartam. num* 46. *lim* 9. *ff. ad legem Falcid.* Aretin. *in conſ.* 37. *colum. fin.* Ioan. Ant de Rubeis *in conſi* 43. *colum.* 3. *& in conſi.* 73. *colum. pen.* Capra *conſi.* 83. *num. & ſeq* Bertran. *conſi* 173. *colum* 8. *volum* 3. Mantua *conſi* 191. *colu.* 1. Roman. *in conſil* 206. Pariſ. *in conſil.* 126 *cum* 34. *volum.* 2. Ruin. *in conſi.* 173 *num.* 21. *volum.* 2. Gratus *in conſ.* 21 *num* 17. *volum.* 2. poſt plures communem eſſe ſcripſit Anton. Gabriel. *in repet. com. opin. ad Trebell. concl.* [illegible] *in prin.*

Com. opin.

Qui quamuis non loquatur particulariter, quando prohibita eſt alienatio omnium bonorum in filiis primi gradus, tamen, quod idem ſit in ipſis, vt videbeet prohibita alienatione omnium bonorum cenſeatur prohibita Trebellianica hodie verius eſt, & abſque ſcrupulo aliquo receptius, velut [illegible] tenentibus deſcendentibus, & extraneis, vt [illegible] nis tradidit Pariſ. *in conſi.* 126. *colum.* 6. *volum.* 1. *& conſi.* 27. *nu.* 24. *volum.* 3. vbi commemorat eam eſſe [illegible] communem, & ſequitur Anton. Gabriel *in loco ſupra citato num* 3 Ruin. *conſi.* 1[illegible] *colum. pen. vol.* 1. & [illegible] Gabriel *in conſi.* [illegible] 8. *numer.* 15. *& conſi ſequenti num.* 2. & ſecundum eam iudicauit quoq; Rota [illegible] in qua-

Com. opin.

In quadam cauſa Florentina fideicommiſſi, coram D. de Rubeis. ſequitur ergo quod in præſenti caſu cenſeatur prohibita Trebellianica per prohibitionem alienationis omnium bonorum, vt vera non appareant ſcripta per Rolandum *ind. conſ.* 9. & inſimul eſſe non fragiles rationes, quibus motus eſt Berous, *in alleg. conſ.* 93. *num.* 5. quas ſtuduit confirmare idem Rolandus.

OPINIO MV.

SVMMARIA.

1 *Pater an filiis primi gradus, Trebellianicam expreſſe prohibere poſſit in caſu quo duæ quartæ ſint detrahēdæ. & num* 2.

3 *Trebellianica an detrahi poſſit de legatis ad pias cauſas.*

1 TREBELLIANICAM non † poteſt prohibere pater filiis primi gradus, etiam expreſſe: & ſic liberis poſt mortem reſtituere hereditatem rogatis, in caſu, quo duæ quartæ, ſeu portiones ſunt deducendæ, ipſa Trebellianica per filios detrahenda, per teſtatorem prohiberi nequit, ita vt non obſtante dicta prohibitione, filii Trebellianicam deducere poſſint ſecundum Bal. & Salic. *in l. iubemus. C. ad Treb.* Guid. Papæ *deciſ.* 51. Alex. *conſ.* 5 *in fin vol.* 4. Socin *in reg* 432. *in* 1 *fallen.* Gozad. *conſ.* 48. *in fin.* Bertran. *conſ.* 20. *numer.* 10. *& in nouo conſ.* 246. *in fin volum* 3. Ripa *in l. filius familias.* §. *Diui. numer.* 30 *ff. de legat* 1. & utrimque opinio communior apparet, & paſſim ob eius Cōis opin. æquitatem, ac filiorum fauorem, vſu recepta eſt, ſecundum Iaſ. *in l. Marcellus num.* 55. *ff. ad Trebell.* Dec. *conſ.* 81. *in* 4. *dubio & conſ.* 218 *num.* 5 Gozad. *conſ.* 8 *nume.* 15 *& conſil* 94. *ſub num.* 16 Pariſ. 43. *nume* 26. *volum* 3. Natiam *conſil.* 145 *num.* 23. *vol.* 1. *& conſ* 528. *numer.* 25 *& ſequen. volum.* 3. cum aliis congeſtis per Couarru. in *c. Raynutius.* § 11. *num* 7. *de teſtam.* & Iacob. Philip. Port. ſeu potius, per Anton. Gabriel. *in concluſ.* 25. *Falcidia. lib.* 5. *ſub* 1. *limit. verſ. Contrarium vero.* Et huic ſententiæ, tanquam communi, inhærent quoque Berous, *in c. in præſentia. numer.* 446. *de probat* Cæſar Vrſillus *in add. Afflict. deciſ* 367 *num.* 10. *cum aliis ſequentib.* vbi dicit magnum verbum; ita videlicet fuiſſe anno 1562. iudicatum in Sacro Conſilio Neap. & ita iudicauit etiam in fauorem filiorum, Collegium Bergomenſe, ſecundum Cardinalem Albanum, *in lucubrat. ad Bar. in d. l. filius familias* § *Diui. num* 6. & pro iſta parte vide adducta per Iul. Clarum *in* §. *teſtamentum quæſt.* 63. Pariſ. *in addit. ad Bart. in l. iubemus.* §. *fin. C. ad Trebell.* & Socin. iun *in l. Centurio. numer.* 183. *ff. de vulg. & pupill.* Roland. à Valle *in conſ.* 9. *poſt num.* 11. *cum ſeqq. vol.* 4. Hierony. Gabriel. *conſ.* 93. *poſt num* 26. *vol.* 1 Cæphal. *conſ.* 188. *num.* 23. Natiam *conſ* 145 *nu.* 23. *vol.* 1 *& in conſ.* 528. *num.* 25 *& ſeq. vol.* 3. Gerard. Mazzol. *conſ.* 108 *nu.* 5. Mantuam, *conſ* 110. *n.* 2. *& conſ.* 248. & Tiber. Decian. *conſ.* 28. *n.* 38. *& ſeq. vol.* 1.

In contrariam † vero partem, videlicet, Trebel-
2 lianicam prohiberi poſſe in filiis primi gradus, inclinarunt Cyn. *in d. l. iubemus.* & aliqui alii variis in locis, quorum ſententiam, perhibent magis communem Cōis opin. eſſe Corſet. *in tract. de Trebell. q.* 1 Ruin. *conſ.* 115. *nu.* 25. *& conſ. in fin. volum.* 3. Bertran. *conſ.* 130 *num.* 5. *& conſil.* 144 *colu.* 2. *volum.* 3 *in nouo. & conſ.* 156. *ex proceſſu cauſæ. num.* 11. *vol* 8. & Bellonus, cum aliis relatis per eum, *conſ.* 80. *num* 19. *& ſeq.* qui vltra quod fatetur de dicta magis cōmuni opinione, eam approbat aliquib. rationibus.

§ Tamen quicquid ipſe cum ſequacibus ſuadeat, non eſt aliquo modo recedendum à memorata prima ſententia, tanquam ſacroſancta, & magis communi; quam ſecuti fuimus etiam *ſupra in Opinio.* 358. *lib.* 1. *folio* 331. *Heres rogatus hereditatem reſtituere.* & eam ſecutus eſt etiam, prohibuitque eſſe magis veram, magis æquam, & magis communem, Iacob. Manchell. *in conſ.* 7. *ſub num.* 6. & doctiſſime Illuſtriſſimus Cardin. Albanus *in conſ.* 1. *num.* 14. *& ſequentib.* & cumulatiſſime Anton. Gabriel. *in d. concluſ.* 25. vbi eam limitat in decem caſibus. & Celius Hugo *concil.* 24. *proponuntur mihi dubia. num.* 18. *& ſequentib.* Licet dum imprimeretur præſens materia, & opinio, menſe Aprilis 1581. ex tempore viderim Regium Collaterale Conſilium, & ſacrum Conſilium Sanctæ Claræ, ſimul vnitis ipſis oraculis, & Regiis ſacris Conſiliis anno 15 7. iudicaſſe pro contraria parte, & opinione Cyni & ſequacium præmemorata, quod filius debeat remanere contentus ſua legitima, & quod pater potuerit prohibere ei detractionem Trebellianicæ, atteſtante non quaſſato calamo, ſed ſtylo ferreo, Illuſt. D. meo Vincentio de Franchis, *deciſ.* 11. *In cauſa num.* 10. *& ſeq.* & ita deciſum ſimiliter fuit in Rota Romana, quod detractio Trebellianicæ poſſit per patrem prohiberi, etiam in filiis primi gradus, atteſtante Lancellotto *deciſ* 313 *Domini dubitant. nu* 1. *& ſeq. volum.* 2 *inter deciſiones diuerſorum* & ſic deciſum quoq; fuit non inuoluto ſtudio, nec præcipitato calamo, in Regia Audientia Apuliæ, vt liquet *in deciſione -ſtra* 3 *lib.* 1. *nu.* 1 *& ſeqq.* pro contraria vero parte, vide adducta per Iul. Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt* 63. Pauſ. *in add. ad Bart. in l. iubemus.* § *fin. C. ad Trebellian.* Socin. iun *in l. Centurio. num.* 183. *ff. de vulg. & pupill.* & per me *in d. deciſ.* 3. *nu* 1.

Non etiam † detrahitur Trebellianica de legatis 3
ad pias cauſas relictis, vt per Spec. *in tit. de inſtrumen. edit.* §. *compendioſe verſi. ſed cum deductio.* vbi exprimit etiam, ita fuiſſe iudicatum, Bartol. *in l. Marcellus.* §. *quod autem. ff. ad Trebellian.* Bald. & alii legiſtæ, communi conſenſu omnes, *in authen. ſimiliter. C. ad legem Falcid.* & Canoniſtæ *in c. ſi pater de teſtam. in* 6. Roma. *conſ.* 206. *licet de communi concluſione. nu.* 7. vbi planum Cōis facit item eſſe communem opinionem, *& conſ.* 239. opin. *in re hac breui ero nu.* 2. vbi aſſignat viuaciſſimas rationes, & nunciauit quoque ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & hanc communem eſſe aſſeruere etiam Alexan. & Iaſ. *in d. l. Marcellus* & Cardin. Albanus *in loco in lucubrat. ad Bart.* Bald. *in conſ.* 8. *ſi codicill. orn. num* 2 *volum* 4. Capia *conſi.* 19 *num.* 1. Aret. *conſi* 67 *diligenter num* 7 *lib* 1. & Curt. iun. *in conſi* 120. *præſupponitur num* 15. de qua affluenter per Tiraquel. *in tract. de priuileg. piæ cauſæ. in* 26. *priuileg.* Ita vt ſicut non detrahitur Falcidia de legatis piis, vt eſt text. in *dict. authen. ſimiliter.* ita nec etiam Trebellianica, ſecundum communem allegatam ſacroſanctiſſimam & veriſſimam, cui aſſentitur, etiam Dec. *in conſi.* 299. *num.* 4 & D. Marc. Anton. Peregrinus, cum aliis non paucis, aggregatis per eum, *in tract. de fideicomm. ſſ art.* 3. *de Trebellian. & falcid. num.* 63. *& ſeqq fol.* 29. *& ſeq* vbi loquit iſtam ſententiam eſſe communem & in practica receptam, reſoluitque magiſtraliter, more ſuo, quæ nam ſit, quoad hoc, pia cauſa. Et hanc eſſe eandem opinionem ſequitur etiam Alexan. *in conſil.* 12 *nu.* 13. *vol.* 3. vbi refert, ſe illam ſemper fuiſſe ſecutum legendo, & conſulendo, tanquam magis communem, & magis communiter in practica ſeruatam, prout teſtificatur etiam *conſ.* 20. *nu.* 15. *eod. vol.* 3. Quæ communis adeo vera eſt, vt locum quoq; obtineat, etiam in filiis grauatis, vt per Dec. *conſi* 299. *numer.* 4. Bartol. *in conſi.* 6. & Alexan. *in conſi.* 12. *in fin vol.* 3 ſicuti refert etiam D. Marcus Antonius Peregrinus *in loco pracit.*

OPINIO

vel emphyteuſim dare, nec ad decem annos locate poſſit, aliquo modo. *d. l. fin. ff. ſi ager vectig. & d. c. ad audientiam.* vbi Abb. Innoc. *c. ad ha. de decim.* Bald. *in rubr. C. de iure emphyt. in auth. et qui. C. de bon. auth. iudic. poſſid.* Rom. *in l. ſi conſtante. § quoties ff ſolut. matr.* & Iaſ. in terminis, *conſ. 29. vol. 1.*

8 Quæ communis † opinio ita illuſtrata, in tantum ampliatur, & locum ſortitur, vt ſi locatio ad quinque annos facta fuerit, vt poſtea in aliud quinquennium ipſo iure valeat, & teneat, alienatio videatur, & nec ab antiſtite, nec ab alio, qui alienandi facultatem, & poteſtatem non habet, facta valet, *§. item quæ illud in auth. de non alien.* vbi Ang. *in dicto § emphyteuſim. eod. tit.* Lap. *in d. allegat. 12.* & idem Ang. *conſ. 181.* Card. Zab. *in c. 1. § fin. q. penult. de reb. eccl. non alienan.* in Cum. & Iaſ. in terminis *conſ. 94 n. 2 vol. 1.* & Io. Bapt. Plot. *conſ. 194 [illegible] ſuper quo petitur ſ. 0 num. 63 lib. 1* vbi reddit rationem, quod huiuſmodi locatio facta de quinquennio in quinquennium, ſeu de nouennio in nouennium, ideo non valeat, quia præſumitur in fraudem facta.

9 Ampliatur [illegible] quoque ſecundo eadem communis quod etſi locatio [illegible] ſit ad decennium, vel vltra, etiam cum pacto, quod per eam non transferatur dominium in cond[illegible], tamen non obſtante tali clauſula, & p[illegible] non valeat, v[illegible] potius ſapiat natura n[illegible] [illegible] locationis, & conſequenter ex[illegible] [illegible] dominium, vt dicit [illegible] & firmat cum aliis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tonce [illegible] *in tract. de* [illegible] *n* [illegible] *emphyteuſib. n. contra* [illegible] *tenuerunt adhibend. l.* [illegible] *6. inſp.* [illegible] *n. 23.* [illegible] Bapt. Plo[illegible] [illegible] [illegible] moderamine, & temperamento *in d. conſ. 19 nu. 63.* Adde cumulat. per Iacob. Nouell. *in tract. de* [illegible] *num. 247 fo. 87.*

OPINIO MVIII.

SVMMARIA.

1 *Tutor an in contractibus, in quibus ſolus obligatur, & in vltra citroque obligatoriis ſibi ipſi author eſſe poſſit. & num. 2*

3 *Tutor non prohibetur emere à pupillo palam, & bona fide.*

1 TVTOR non † tantum in contractibus, in quibus ipſe ſolus obligatur, poteſt author eſſe ſibi ipſi, vt tradiderunt Ioan. de Imol. & Roman. *in l. 1. § ſed quæ [illegible] num. ff ad Trebell.* & Bald. *in l. cum ipſe. C. de contrahen. emptio.* ſed etiam contractibus vltro citroque obligatoriis, & ſic in contractu ſocietatis.

2 Nam tutor † ipſe poterit authoritate in ſuam pupillo præſtare in hac ſocietate, etiã in facto proprio, ſecundum communem opinionem Doctorum omnium, quando palam & bona fide cum pupillo contrahit. *l. non exiſtimo ff de adminiſt. tut. & d. l. cum ipſe.* vbi Gloſſ. & Salic. Bart. *in l. ſi in emptione. § fin. ff de contrahen. empt.* vbi eſt Gloſſ. & Cyn. *in l. ſeruum C. qui te[illegible] ſiam fac. poſſ.* & ita conſuluit Socin. *in conſ. 160 numero 4. & ſequentib. volum. 2.* ibi inquiens, iſtam eſſe communem; quam ſatis [illegible] videtur extricare Rip. *in d. l. ſi ſunt quæſitum. num.* [illegible] ibi explanando ad [illegible] tem vſque *d. l. non exiſtimo.* licet, & male, ac ſophiſticis, artificioſi[illegible] [illegible] tation[illegible] [illegible] *in conſ. 21.* & Alc. *in tract. de præſumptionib. in regul. 1 præſumpt. 25. ſub num. 2 cum aliis ſequ.* conentur alij [illegible] ſententiam contrariam tueri.

3 Et[illegible] [illegible] [illegible] tutor poteſt contrahere ſocietatem cum pupillo, & authoritatem interponere pupilli: ita eadem [illegible] tor poteſt eſſe au[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] ac em[illegible] [illegible] a pupillo, quando res illa fieret palã, & bona fide; vt quia res pupilli aliqua de cauſa vendi deberet, poſſet illam a pupillo emere ipſo authore, emendo palam, & bona fide, vt per Gloſſ. & Bart. *in l. pupillus. ff. de auth. tut.* & per Bertran. *conſil. 201. ſuppoſita veritate. num. 6 & ſeq. vol. 2. ſecunda parte.* & eſt tex. *in d. l. cum ipſe.*

OPINIO MIX.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus an, & quando renunciare & refutare non poteſt feudum, in manibus domini ſui, domino inuito, numer. 4.*

2 *Vaſallus relinquens rem feudalem, nõ liberatur à præſtatione ſeruitii.*

3 *Vaſallus deſerens iuriſdictionem, & dominium, & alio ad habitandũ ſe conferens, irrequiſito Domino poteſt cogi a Domino.*

1 VASALLVS non † poteſt refutare, ſeu renunciare feudum in manibus domini, domino inuito; ſecundum Bar. *in l. in eam quo in* [illegible] *ff de aqua pl.* [illegible] Afflict. *deciſ 265. num. 11. & in c.* [illegible] *ſub num.* [illegible] copioſe. & ac[illegible] Carl[illegible] Vrſillus *in add.* [illegible] [illegible] & [illegible] *in d. l. ſi quis vi § fin. ſub nu. 14. ff de acqu. poſſ.* vbi [illegible] cet aſtam eſſe magis communem tradit. Cõis opin. [illegible]

2 I[illegible] ideo vaſallus relinquens rem feudalem, non vtique ob hoc liberaretur à præſtatione ſeruitii, ſecũdum communem ſcholam & aſſertionem omnium Doc. quam citat Alberic. *in l. ſed an vltro § it autem. ver.* [illegible] *lium allegatur ff. de neg. geſtis* Cõis opin.

3 Et † hinc quoque [illegible], quod vaſallus deſerens, ſeu derelinquens iuriſdictionem, & dominium domini ſui, & alio ad habitandum ſe conferens, irrequiſito dicto domino, cui ſeruitia præſtare tenebatur, poſſit cogi à domino, ad reuertendum ad deſertam iuriſdictionem: & ſic dominus poteſt cogere vaſallos ad habitandum in loco, quem deſeruerunt, vt docte & copioſe conſuluit Io. Cæphalus *conſ. 18 per totum volum. 1.*

¶ In contrariam vero partẽ inclinauere nonnulli graues Scriben. videlicet, quod vaſallus renunciare poſſit feudũ, etiam inuito domino, dummodo hoc domini non intereſt, & [illegible] eſt apertus *in c. 1 de vaſallo, qui contra conſt. Lothar.* [illegible] *alien.* & eandem ſententiam ſequitur Marc. Mantua [illegible] per [illegible] *in c. qua in eccleſiarum n. 77 & ſ q. de conſtit.* vbi Abb. nu. 19. dicit iſtorum opinionem cõmunem eſſe, & Curtius quoque, *in tract. de feud. in 4. part. in vltima. cauſa omiſsio feud. in q. 31 & ſeq.* Cõis opin.

4 Sed † in tam magna Scribentium varietate, quid concludendum? Dic ergo, quod tutius in hoc foret concurrere cum diſtinctione, tradita, & amplexa per gl. *in c. 1 in gl. fin. de capit. qui cur. vend.* videlicet, quod quando feudum cõceſſum appareat ad certum ſeruitium, tunc vaſallus, inuito domino, feudo renunciare nequeat; Si vero feudum ſimpliciter, ad incertum ſeruitium conceſſum ſit, eo caſu refutare potſit: & illam Gloſſ. ſequitur Lauren. Syluan. *in tracta. de feud. recognitione. quæſt. 26.* cum aliis quam pluribus citatis *ibi* per eum, vbi ait in hoc communiter approbari ab omnibus, & item fatetur Alberic. *in l. cum fructuarius ff de vſufruct.* Iſ[illegible] [illegible] *quæ in eccleſiarum. num. 78. & ſeq.* Zaſi. *de feu.* [illegible] *part. princip. 2. partic. & in 12 part ver. Secundo* [illegible], & Mol. *in conſuet. Pariſ. feud. § 1. Gl. 5 num. 3.* & [illegible] ic illa diſtinctio magis communis apparet, magis realis, magis tuta in iudicando, & conſulendo, & denique magis vera. Cõis opin.

OPINIO MX.

SVMMARIA.

1 *Venari recreationis cauſa an liceat in fundo alieno.*
2 *Feræ captæ in agris alienis, efficiuntur capientis: nec ea domino fundi reddenda, ne portio quidem earum, numero 3.*
4 *Venator in dubio præſumitur venari cauſa recreationis.*
5 *Piſcari licet in loco alieno.*
6 *Venari ac piſcari ſubditis ſuis non poſſunt prohibere Præſides, Barones, & alii ſimiles domini.*
7 *Princeps non poteſt prohibere, vaſallis ſuis venationem & piſcationem in ſuo dominio.*
8 *Principes ſupremi poſſunt ex iuſta cauſa venationem prohibere vaſallis ſuis.*
9 *Ius venandi inter ſeruitutes reales computatur.*
10 *Seruitus Venandi ad heredes tranſit.*
11 *Seruitus Venandi eſt diſcontinua.*
12 *Seruitus Venandi quomodo probetur.*

1 VENARI licet† recreationis cauſa etiam in fundo alieno, auibus, & canibus, non autem laqueis, foueis, retibus, & cæteris ſimilibus artibus, præterquam in occidendis, capiendiſque beſtiis nociuis: prout ſunt leones, apri, & ſimiles. *cap.* 1. *§. memoriter. de pace tenenda.* vbi Afflict. Præpoſitus, & alii hoc expreſſe firmant Bertran. *in conſilio* 16. *viſis aliis quæſitis. ſub num* 5. *& ſeq. volum* 5. Grammat *deciſ.* 67. *num.*
Com. opin. 1. *& ſequen. num.* 9. *& ſeq* & eſt communis opinio; & tutam regulam eſſe affirmat Roland. à Valle *conſ.* 9. *nu.* 22. *vol.* 2.

2 Et† ſic aues vel feræ captæ in agris alienis efficiuntur capientis, nec is domino fundo eas reddere tenetur, ſecundum gloſ. *in l. Diuus Pius ff de ſeruit. ruſt. præd* & Dy. & Bar. *in l.* 3. *ff de a. q. rerum dom.* & Ang. Are. *in §. feræ igitur ſub nu.* 1. *inſtit. de rer. diuiſ.* vbi ait, memoratas glo. communiter ab omnibus receptas eſſe: & eandem communem ſequitur, approbat, & citat etiam,
Com. opin. Corne. *in regula. Peccatum. de reg. iur. in* 6. *in* 1. *par.* §. 8. *ver. Quarto ab eadem concluſione fit. fol. parno* 186. & ita conſuluit Rol. à Valle *conſ.* 9. *nu.* 19. *cum aliis ſeq. vol.* 2. idemque firmat Franciſ. Marci *deciſ* 530 *nu.* 14. *in* 1. *par.* vbi hoc copioſe declarat, ponitque plores venationis ſpecies, *nu.* 1 *cum cæteris ſeq.* & Bertran. *in d. conſi.* 16. *nu.* 6. *vol.* 5.

3 Vbi † ampliat hoc adeo procedere, vt venatores nullam ferarum captarum portionem reddere dominis locorum teneantur, etiamſi fuerint captæ poſt prohibitionem ingreſſus, factam venatoribus per dominum fundi.

4 Et aduerte, quod † venator in dubio præſumitur venari cauſa recreationis, vt voluit Alex. *conſ.* 72. *nu.* 13. *vol.* 1.

5 Et quemadmodum † venari licet in ſylua, ſeu fundo alieno: ita etiã in loco alieno cuilibet piſcari permiſſum eſt, ſecundum Corn. *in conſi.* 22. *num.* 2. *& ſeq vol* 4.

6 Imo † Præſides, Barones, & alii ſimiles domini, prohibere nõ poſſunt ſubditis ſuis venari, & piſcari, vt voluit Guid. Papæ, q. 514 D. Reſtau. Caſtald. præceptor meus, *in tract. de Imperat q.* 110. *&* 311. Bertr. *conſ.* 14 *ſuper pro[illegible] ſa agitata nu.* 1. *volu* 5. & Grammat. *in d. deciſ* 67 *num* 11 *cum aliis ſeq.* vbi tradit remedium in fauorem Dominorum, & etiam vaſallorum tutiſſimum: & ita reſpondet quoque Natta *conſ.* 375. *vol.* 2 & Corn. *in d. conſ* 22 & Bertran. *in d. conſ.* 16. *num.* 7. *cum aliis ſeq vol* 5. & ſequitur ſimiliter Vellilus *in add. Afflict. in deciſ.* 388 *nu.* 5.

Imo† nec Princeps poſſet prohibere, vaſallos venari, & piſcari, ſecundum Dec. *conſ* 197. *ſub num.* 1. *& ſeq.* & Barthol. Romuleum, cum aliis illuſtrib. Doct. relatis per eum, *in l.* 1 *num* 21. *cum cæteris ſeq ff. de acquir. poſſ.* vbi doctiſſime, & vberius, quam alius, quem hucuſque viderim, diſputando firmat iſtam opinionem, & tollit omnia obſtacula contraria. & ſequitur etiam Rolan. *in d. conſ* 9 *num* 11. *& ſeq* & Bertran. *conſ.* 58. *viſo caſu mihi exhibito ex parte vniuerſitatis, & hominum num.* 10. *cum aliis ſeq vol* 8. & conſummatiſſimus D. Io. Ant. de Nigris, *in capitulo Regni inc.* 84. *Magiſtri foreſtarum num* 5 *& ſeq.* vbi ait, iſtam eſſe communem 7
Com. opin. concluſionem, & limitat in territoriis vniuerſitatũ, & communem opinionem vocat etiam Couarr. *in d. regula peccatum in* 2. *par.* § 6. *in prin.*

8 Vbi ſimiliter† concluunt, & communem ſententiam eſſe prædicat, quod Principes ſupremi poſſint, venationem prohibere ex iuſta, rationabiliq; cauſa.
Com. opin. & ita conſuluit etiam in propriis terminis Natta in *conſ* 604 *ſæpenumero inter rogatus reſpo-di vol.* 4. Vincen. de Franchis *deciſ* 58. *Venatores* vbi ex deciſione ſacri conſilii planum facit, quod Barones non poſſint prohibere vaſallis venari cum retibus, & Quinol. Mandoſ. *in tract. de inhibit. quæſt* 67 *par tot* vbi determinat quoque, Principes, & Dominos temporales poſſe inhibere ſubditis venari, aucupari, & piſcari, profertque ſimiliter eo in loco magnum verbum: hoc ab vniuerſali quotidiano vſu eſſe cõprobatum & Franc. Marci *deciſ* 550.

9 Sed † proſequendo tam vtilem materiam venationis, animaduertendum eſt in præſentiarũ, quod ius venandi inter ſeruitutes reales cenſeatur, ita Zaſios *ſing. intell lib* 1 *cap.* 11. *& in §. aquæ. inſtit. de actionib. nu.* 24 *& conſ* 6 *illuſtra nu.* 14 *lib* 2.

10 In tantum † quod ſeruitus iſta venandi ad heredes quoq; tranſeat, vt per Zaſium *vbi ſupra cap.* 11. *nu.* 10 *ſing in ell. libr.* 1 quamuis ſint pacta perſonalia, & non propriæ ſeruitutes, Gloſſ. *in l pecoris ff. de ſeruit. ruſt. c. præd. & in l. vt pomum. ff. de ſeruitut.* vbi Bart. prout ſeruitus, tacite etiam tranſit ad emptorem, *l. per ff de euictionib. & l. ſi aqua ductus. ff. de contr. ahen. empt* & notat Coraſius *in ſuis miſcell. libro quarto. capit.* 15 *numero ſecundo.*

11 Et † ſeruitus venandi eſt diſcontinua, cum facta, ſeu actus hominum ſint diſcontinui, ideo non præſcribitur ſeruitus venandi, niſi tanto tempore, cuius initii memoria non extet in contrarium, Gloſſ. ſingularis *in l. ſeruitutes. la* 4 *in verſic. certam ff de ſeruitutibus. l* 1. *§ fin. ff de aqua plu. arcen.* & Zaſius *in conſ.* 6. *num.* 2. & Anton. de Padilla *in l. ſi aquam. num* 26. *C de ſeruit. & aqua* vbi annectit etiam iſtam eſſe communem ſententiam.
Com. opin.

12 Quæ † ſeruitus venandi probatur itidem per vnum teſtem, qui deponat de vno actu, & alter de altero, & ſic per teſtes ſingulares, ita Andr. Gailin *libr.* 2. *pract. obſer. imper. cam. obſer* 66. *numero* 11. *fol.* 351.

OPINIO MXI.

SVMMARIA.

1 *Venditio, ſeu executio rei immobilis ſubhaſtata, an, non ſeruato ordine,* in l. à Diuo Pio ff. de re iudicata *præſcripto, annulletur. & nu* 2. *&* 4.
3 *Executio facienda ſecundum conſuetudinem loci, vbi petitur.*

1 VENDITIO ſeu † executio rei immobilis ſubhaſtatæ, non ſeruato ordine, ſeu forma, poſita *in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* ſtante, quod tempore

tempore ipſius executionis reperiebãtur bona mobilia in domo debitoris, in quibus poterat, & debebat prius fieri diſcuſſio, redditur nulla, ac penitus reuocatur, ſecundum Ioan. de Imol. & Alexand. *in d. §. in venditione.* & Rotam Neapol. quæ ita iudicauit teſte Afflicto, *deciſ. 358. in cauſa inter nobilem Antonium.*

¶ Contrariam vero partem, videlicet, quod dicta venditio, & executio ob tranſgreſſionem ordinis, *d. §. in venditione.* non annulletur, nec reuocetur, & ſic quod teneat, & valeat, niſi appelletur, voluerunt Abbas *c. quod ad conſultationem. de ſentent. & re iud.* Bart. Iaſ. & alii omnes communiter *in d. §. in venditione.* Ioan. And. & Anto. de But. *in c. quoniam. § fin. vt lit. non conteſt.* Bald. *in l. ab executore. C. quor. appell. non recip.* Bertran. *in conſi. 145. errant Alexarim, & Verata num. 5. volum. 6.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, prout hoc idem fatetur Vrſillus *in add. Afflict. in d. deciſ. 358. num. 1.* Sed concurrit ibi cum aliis aggregatis per eum cum prima opinione Ioan. de Imol. & aliorum, quam aſſerit ſemper ſe vidiſſe obſeruari in practica, in Sacro Regio Conſilio Neapol. & ita vltra bis vidi etiam in Curia noſtra Aquilana annullatas aliquas venditiones, & executiones factas, non ſeruato ordine. *d. §. in venditione.* & deſtitutos fuiſſe emptores per iudicem poſſeſſione rerum emptarum. Cōis opin.

2 Et ita iudicauit † quoque Rota Romana, atteſtante Caputaquenſe, *deciſ. 150. commiſſio quæ habet clauſulam. in 1 parte.* quod executio nulliter facta it retractanda, tanquam nulla. Et licet D. Vincent. de Franchis *deciſ. 441. in 3. part.* inclinauerit in contrariam partem, ſcilicet executionem in bonis ſtabilibus à principio factam, non ſeruata forma *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione.* validam eſſe, annectendo inſuper, Vrſillum *in loc. prœcitato.* atteſtantem ſe opinionem affirmatiuam præmemoratam Ioannis de Imol. & ſequacium, ſemper vidiſſe, ſua tempeſtate, ſeruari in Sacro Regio Conſilio, non fuiſſe illius conſilium: tamen Doctori præclaro, ac inſigni, atteſtanti de conſuetudine loci particularis, præſtatur ſine dubio plena fides eique credendum eſt, vt fertiliter abſoluimus ſupra, *in opinione 22. doctori famoſo. numero primo. cum alia omnibus ſequentib.* & tanto magis cum Vrſillus, tanquã doctor conſummatiſſimus, doctiſſimus, ac in ſacro conſilio diuturno tempore verſatiſſimus, laudatur non mediocriter ab eodem Dom. Vincent. de Franchis *in deciſ. 332. ſub nu. 7.* illum ſcripſiſſe in ſenili ætate, *& deciſ. etiam 361. numero 4.* vbi refert quoque eiuſdem Vrſilli teſtificationem, eaque mediante, iudicatum fuiſſe in ipſo Sacro Conſilio: imo tanto ſtabilius teſtificationi Vrſilli fides eſt præſtanda, dum aſſignat cauſam, in qua iudicatum fuit in Sacro Conſilio, & tempus etiam, & nominat ſimiliter litigantes, & actuarium, ſcriptorem ſententiæ, ex quibus apparet, quod talis aſſertio Vrſilli ſit conducibilis, & penitus neceſſaria pro deciſione cauſarum.

3 Quinetiam † executio facienda eſt ſecundum conſuetudinem, & ſtylum loci, vbi executio petitur, vt per Bald. optimis rationibus *in l. 1. ſub num. 4. & ſeq. C. ne filius pro patre.*

4 Vnde, vt † veritatem, centrumque præſentis ſpeculationis attingamus, habes deciſionem ſacri conſilii, & ſic Afflicti 358. ac etiam deciſionem Rotæ Romanæ Caputaquenſis 150. *in 1. part* quod in executione, ſi excedatur ordo, datus in executione, per textum *in dict. leg. à Diuo Pio. §. in venditione.* executio reddatur nulla, & iniuſta, ita vt appellare neceſſarium non ſit, & huic opinioni, tanquam magis communi, ac ſacroſanctiſſimæ, aſſentitur, acquieſcitque, vltra relatos Doctores in principio, Alexand. non ſolum legendo, ſed etiam conſulendo, *in conſilio 137. in cauſa & lite, vertente inter Lancelotum. numero decimo quinto. volum. 2.* vbi concludit, quod ſi forma à lege tradita, ad vnguem, & in ſpecie non ſeruetur, actum ipſo iure reddi nullum, & Felinus etiam *in cap. cum dilecta. ſub num. ... in 2. ſigno. verſic. ſecundum ſignum.* vbi determinat, quod text. in *d. §. in venditione.* diſponat, deueniri ad nomina debitorum, ſi immobilia non extent, loquitur conditionaliter, & dat formã. & quod iſta conditio, appoſita per legem, nunquam dici poſſit continere leuem ſolennitatem, & hoc idem firmat etiam magiſtraliter idem Pelinus *in capitul. quod ad conſultationem. ſub num. 12. verſic. & primo dicit Abbas, quod tranſgreſſio ordinis. de ſenten. & re iudica.* Cotta *in memorab. in verſi. lex quæ loquitur conditionaliter. poſt princip.* & Maranta *in tract. de iudiciis. in 6. part. de executione ſententiæ. in 3. & vltimo actu. numero nono. & ſequen. fol. 194.* vbi rationabiliter dicit iſtam ſententiam eſſe veriorem, & iſta fuit originalis opinio Ioannis Andr. gloſſatoris antiqui, *in cap. quoniam frequenter. Vt lit. non conteſt.* relata per Ioan. de Imol. *in d. §. in venditione.* & per Ioan. Andr. *d. cap. quoniam frequenter.* ita vt hæc opinio fundata, radicataque ſit in viſceribus iuris, & in authoritate Gloſſæ, totque etiam illuſtrium Doctorum, & Rotæ Romanæ, atque Neapolitanæ.

OPINIO MXII.

SVMMARIVM.

1 *Venditores mercium an aliis creditoribus, hypothecam habentibus, in mercibus venditis, præferantur.*

VENDITOR † mercium, non præfertur cæteris creditoribus, hypothecam habentibus, in mercibus venditis: & ſic, ſi mercator vendidit merces ſuas alicui mercatori, & transferat dominium, & ille mercator promittat ſoluere in certis nundinis & poſtea aufugiat, & extent merces venditæ & compareant alii creditores; tunc mercator, qui vendidit iſtas merces, nullum habet priuilegium in iſtis mercibus, nec præfertur aliis creditoribus, quamuis extent dictæ merces, vt voluerunt Dyn. Bartol. Angel. Bald. Alexand. Iaſon & cæteri omnes *in l. ſi cum dotem §. fin. ff. ſolut. matrimon.* & Baldus *in l. fin. C. commodati. & in l. cum cau. Cod. de actio. & obligat. & in l. in rebus. columna 2. Cod. de iure dot.* Paul. Caſtrenſ. *in l. procuratores § ſi plures. ff. de tribut.* & Straccha, cum aliis relatis per eum, *in tract. de mercatura. in titul. de decoctoribus. in vltim. part. qui potiores in bonis decoctorum habeantur numero 5.* qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. 1 Cōis opin.

¶ Sed contrarium, & male, ac titubanter quidem, videtur ſentire Baldus *in l. pro debito. Cod. de bonis auth. iud. poſſid.* quem in vno caſu ſaluat Iaſ. *in l. creditor. La prima. ff. ſi cert. pet.* ſcilicet, quando pecunia fuit expreſſe, & ſpecifice mutuata, ad emendum tales merces, cenſentur ex tacite obligatæ, & in illis, tanquam tacite hypothecatis, præferetetur omnibus creditoribus prioribus, quod communiter reprobatur per Doct. vt ſupra *in Opin. 536. lib. 2. folio 91. Mutuans alicui pecuniam* oſtenſum eſt.

nionem, & ſequitur quoq; S. Bernardinus *in d. ſerm. 34. artic. 2. ſub n. 1.* Et Dn. Vincent. de Franch. *de. iſ. 215. nu. 1. & ſeq in 1. part.* in quo caſu, inquam, traditur exemplum per Doct. verbigratia, ſi valent res empta decem, & emptor ſoluit ſexdecim, quo caſu emptor deceptus eſt in ſex, quæ ſunt pluſquam pars dimidia quæ eſt quinque, ideoque poteſt agere ad recuperandum precium, quod plus dimidia iuſti precii dederat, vt ſupra oſtendimus ex opinione communi; quia vltra dimidium iuſti precii deceptus eſt.

OPINIO MXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rem emens à duobus iiſque eam retrouendere promittens, an vni eorum partem reuendere teneatur.*

1 VENDITA res † vni, à duobus, cum pacto retrouendendi; alter ex venditoribus, data precii parte, non admittitur ad recuperationem partis: & ſic promittens rem retrouendere duobus, à quibus eam emerat, non cogitur vni vendere partem: quia contractum diuidere non cogitur, ſecundum Bart. Angel. Paul. Caſtren. *in l. ſi quis a'iam. de ſolut.* Bartol. Alexand. & Lancell. Dec. *in l. cui vſusfructus. ff. de vſuf.* Gozad. Bonon. & Cagnol. *quæſt. 12. in l. 2. numer. 102. C. de pact. inter empt. & vend.* Ioan. Platean, *in l. fi. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* & Franc. de Capite Liſtæ, *in l. 1. in fin. C. quando non pet. partes.* Franciſc. Aretin. *in l. cum ſeruum. colum. 2. de acquiren. hered. & conſ. 6. column. 2. & conſil. 130.* Fabianum *in tract. de empt. & vendit. in 2. quæſt. 7. principio quæſtionis.* Bertach. *in ſuo repertorio in verbo, Obligatio. in verſ. 125.* Iaſ. *in l. ſi duo patroni de iureiuran. & in l. ſtipulationes non diuiduntur numer. 20. & ſeq. de verb. oblig.* vbi ait, ita omnes Doctores tenere, & ſic tenendum eſſe in iudicando, & conſulendo. Socin. *in l. 1. §. ſed & ſi quis 3. notab. ad Trebell. &* Cōis opin. *conſ. 100. colum. pen. volum. 2. & conſ. 115. num. 3. & in conſ. 16. volum. 4.* vbi oſtendit iſtam eſſe elatam deciſionem, nec ſe vllum Scribentium reperiſſe, qui ei aduerſetur. & in hanc partem inclinat quoq; Corn. *in conſil. 51. num. 5. volum. 2.* Alexand. *in conſ. 143. volum. 7.* Paul. Caſtren. *in conſ. 221. colum. 1.* nouiſſ. Bald. *conſ. 32. colum. 1. volum. 2.* Dec. *in l. cum quis §. quæ vero not. pen. ff. ſi cert. pet.* Rum. *in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. num. 38. & ſequentib. & conſ. 82. num. 4. volum. 1. & conſ. 47.* Cōis opin. *num. 4. in fin.* Mart. Baſcoleus *in ſuo arbore diu. dui. & indiuiduis. num. 58.* dicens, iſtam eſſe communem opinionem, Bertran. *in conſ. 41. volum. 3* & eandem ſententiam appellat pariter communem Alexandrinus *in conſ. 90. in princip.* Alciat. *in l. 4. § Cato num 57.* idemque approbat Caſſan. *in conſuet. Burg. Pariſ. conſ. 33. num. 42. vol. 1.* Boer. *dec. 241.* & copioſe Tiraq. *in tract. de retrog. retractu. §. 23. Glo. 1.*

OPINIO MXVII.

SVMMARIA.

1 *Venditio vltra dimidiam iuſti precii facta, non valet.*

2 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. an habeat locum in re vendita ad ſubhaſtationem.*

1 VENDITIO vltra † dimidiam iuſti precii facta non valet. *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vbi Doct. Bald. *in conſ. 108. & 386. volum. 1.* S. Bernardinus, Protector noſter, *in ſerm. ſuis. de Euangelio æterno. in ſerm. 35. cap. 2.* & Corn. *conſ. 56. conſulnit 66. circa & 201. viſis. vol. 3. & conſ. 284. copioſe. vol. 4.*

2 Sed † hoc non procedit, quando venditio facta eſt ad publicum incantum, & ſic ad ſubhaſtationem, ſecundum Ang. *in l. 1. C. de præſcript. 30. annor. & in rubr. l. ſi venditor. colum. 6. ff. de verb. oblig* & Afflictum *in tractatu de iure protho miſeos in §. 2. ſub num. 29. fol. para. 47.* & Angel. *in conſ. 142. Tutor pupilli, qui ad reſtitutionem dotis maternæ tenebatur. in fin.* vbi conſuluit in notabili caſu: quod ſi tutor vendidiſſet bona ſubhaſta pupilli, neceſſitate vrgente, & interuenientibus publicis ſubhaſtationibus, ſecundum formam iuris ac iudicis etiam decreto, plus offerenti: tunc equidem, ſi reperirentur dicta bona plus valere, quam vendita eſſent, tutor illud plus, quod valebant ipſa bona ſubhaſtata, compelli non poſſet ad reſarciendum de ſuo.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod remedium *d. l. 2.* habeat etiam locum in re vendita ad ſubhaſtationem, inclinauerunt Bart. *in d. l. 1. C de præſcript. 30. ann.* Roman. & cæteri omnes, *in l. ſi quis cum aliter ff. de verb obligat.* Socin. *in tract. fallent. in reg. 436. incipien. Venditio vltra dimidiam. num. 3.* Marſil. *in repet. l. fin. num. 47 ff de iuriſd. omnium iud.* & iſtorum opinionem fatentur eſſe magis communem Alexand. Cōis opin. *in conſ. 117 circa finem. volum. 7.* Crauett. *in conſ. 29 nu. 4* & Modeſt. *in d. l. 2.* & Franciſc. Turzanus *in ſuis Opin. com Opin. 151 quamuis.*

¶ Falliturq; regula præmiſſa in altero caſu, traditio per S. Bernardinum *in d. ſerm. 35. art. 1. & 2. poſt prin* & in vndecim aliis caſib. quos eleganter propoſuit Soc. *in d. reg. 436. per totam.*

OPINIO MXVIII.

SVMMARIA.

1 *Venditio prædii ad menſuram, non venit ripa fluminis ipſi adhærens, niſi aliud conuentum ſit, vbi de foſſis & quomodo menſuranda.*

2 *Foſſa in fundo & fundum ambientes an cum fundo menſuranda, & an colonus eas facere teneatur. & nu. 3. 4. 8. & 10.*

5 *Dictio, iuxta, propinquitatem per vnum, vel duos pedes, denotat.*

6 *Non eſt recedendum à verbis instrumenti, in vim pacti, prolatis.*

7 *De. emtu in qualitate rei venditæ, ad intereſſe agit.*

8 *Legato fundo, foſſata veniunt.*

9 *Foſſata, vt terminus terminate, venditoris ſunt.*

10 *Foſſa priuatorum, proprietatis iura, dominiique vſus, fundi dicuntur.*

11 *Foſſata agrorum ad perpetuam rei, ſeu agri vtilitatem deſtinata cenſentur.*

12 *Conſuetudini præſcripta, & generali, ſtandum eſt: quæ probatione non indiget.*

13 *Conſuetudinum magna authoritas.*

14 *Dictiones, iuxta, circũ, intra, diuerſimode ſumuntur, &, & ſecundum ſubiectam materiam numero 15. & numero 16.*

17 *Interpretatio in dubio contra ſundantem ſe in verbis, fieri debet.*

18 *Verba in dubio ſecundum curſum ordinarium, nõ autem extraordinarium ſunt intelligenda.*

19 *Mandatum generale procuratori, de ſolitis à domino fieri datum: de ſolitis ordinarie fieri, & non extraordinarie intelligitur.*

20 *Verba ſecundum caſum accidentalem non intelliguntur.*

21 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

22 *Verba in vltimis voluntatibus ſunt interpretanda prout teſtantes interrogati veriſimiliter reſpondiſſent.*

in cap. quia indicante, colum. fin. num. 8. verſ. Et ſi in inſtrumento. Ext. de præſcript. & Alexan. *conſil.* 120. *Omiſſis argumentis, numer. 6. libr. 2.* Ideo eſt dicendum, non poſſe, aut debere modo aliquo ex iuris diſpoſitione menſurari.

¶ Secundo, nam in inſtrumento expreſſe in ſolutum dantur tot cuppæ prati, de petia terræ pratiuæ, quo caſu cenſetur, imo clare elucet, vendita pars fundi, quæ vere, & in effectu tot cuppas prati contineat, quot venditæ, ſeu in ſolutum datæ fuerunt, non autem foſſata.

6 A quibus † inſtrumenti verbis, certam ſpeciem prati, & corpus determinatum indicantib. & in vim pacti prolatis, vti apertiſſimis, non videtur poſſe recedi, arg. *l. legem Cod. de pact. Lea. C. de cond. ob cauſ. l. continuum. § Griſogonus ff. de verb. obl.*

7 Quinimo, † quando tali caſu id, quod de fundo fuit aſſignatum, non eſt vere pratum, daretur locus textui *in l. ſi in qualitate, & in l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de act. empt.* dictuſque Ioannes Vincentius, tanquam in qualitate fundi deceptus, poſſet agere ad intereſſe, & ex hoc vlterius foſſata huiuſcemodi nequeunt menſurari.

¶ Quibus tamen ſic explicitis non obſtantib. contrarium verius eſt, quod ſcilicet foſſata iſta debeant menſurari. pro quo facit text. *in l. prædia maritima. §. ſi ita legatum*, vbi Gloſſ. & Bartol. *num. 1 ff. de fund. inſtruct.*

8 Dicentes, † per illum text. legato fundo, foſſam cedere, & menſurari cum fundo debere ſecus in via. Et adſtipulantur *l. id quod venditur. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. fundi, in princ. ff. de act. empt.* quæ expreſſe loquuntur.

9 Foſſata † etenim iſta ſunt venditoris, vt per *l. maritus ff. de acquir. rer. dom.* tradit Veronen. *in citato tract. de ſeruit. ruſt. præd. in cap. de Ripa, verſ. Illa enim foſſa. & ver. Et videtur, quod ſic.*

Vnde Ang. de Aret. id comprobando, dicebat, quod foſſata, quæ homines pro cultura, & agrorum ſeruitio faciunt, non eſt mirum ſi ſunt priuata, quia ſunt pars fundi, & per conſequens fundo vendito, debent menſurari ſicut ipſe fundus, per *d. l. prædia, in § flumina, nu. 1. ver. De foſſatis. Inſtit. de rer. diuiſ.* id ipſumque ratum habuit, *in §. riparum quoque, numer. 2. verſic. Quid de foſſatis, eod.* in Bart. *in l. patronus §. Sempronio, col. 2 verſ. Primo caſu. ff. de leg. 3. & in tract. de fluminibus. num. 6. in fin. verſ. Nec prædicta in ver. Agro.*

10 Vbi voluit, † foſſata iſta, eſſe iura proprietatis, & vſus dominii ipſius fundi: vnde cum vendantur, veniunt menſuranda, Quod poſt Vbert. de Bob. Riccar. Malumbr. & Cy. *in leg. littora ff. de contrah. emp* firmauit idem Veronenſ. *in d. tract. c. de Ripa. verſ. Sed ſi eſſent.* & ſequuntur Bart. & Bal. *in d. l. littora.* Bald *in leg. riparum. num. 2 ff. de rer. diuiſ. & in rub. nu. 4. C. de contrah. empt.* Pet. Foller. *de confib. fol. 445. §. videſis, numer. 8. & 12.*

11 Qui omnes † tamen loquuntur, in foſſatis intra fundum exiſtentibus, hique ſunt termini foſſatorum prædictorum, quia intra fundum ſunt, vt inferius ad contraria reſpondendo declarabitur, quæ per dictum D venditorem de terra pratiua fuerunt facta, & ſic dicuntur ad perpetuam agri vtilitatem deſtinata, *l. impenſæ. ff. de impen. in reb. do. fact.* Bartol. *in dict. tract. de flum. numer.* 10. *verſic. Fouea vero in verſic. Agro.* & idem Cæp. *in d. cap. de Ripa, colum. 2. verſicul. Fouea.*

12 Accedente † poſtea conſuetudine Ciuitatis Aquilæ, eiuſq; Caſtrorum, quorũ territoria, vna cum foſſatis iſtis menſurari receptum eſt, præſcripta, generali, ac notoria, cui ſtandum eſt, & probatione nõ indiget. Bald. *in l. 3. col. 1. Cod. de ſer. fug. & in l. filiusfam. §. veterani, col. 2. ff. de procur. in auth. ſubeuntes, in 4 not. Cod. de iud.* Bartol. *in l. lege Iulia in fin. ff. de teſt. b.* Dec. *conſil* 402. *In cauſa, num.* 10. *& conſ.* 447. *Vũ tota, nu.* 11. poſt Alex. *conſ.* 14 *viſo proceſſu, colum. 1. libr.* 5. idem Dec. *conſ.* 483. *Pro reſolutione, num.* 20. *&* 653 *viſo eleganti. num.* 26.

Cuius † conſuetudinis magna eſt authoritas. *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. c. cum conſuetudinis, de conſuet.* Dec. *conſ.* 48. *Mature, nu. 2.* 13

¶ Non obſtant modo in contrarium adducta. Et primo, quod foſſata etiam priuata, venientia, vt terminus terminans, non vt terminus terminatus, non intra, ſed extra fundum poſita, de quibus non incluſiue, ſed excluſiue mentio fit, ex Bald. *in d. rub. nu.* 25. *verſ. Ager autem*, non ſint menſuranda, & in inſtrumento pro finibus aſſignentur: cum in ſolutũ dentur cuppæ quinquaginta prati, dicto Magnifico Ioanni Vincentio, de quadam petia terræ pratiuæ iuxta formam, quæ eſt circum, quæ dictio circum denotat propinquitatem, per vnum, vel duos pedes, Bart. & Gl. *in d. l. quidam Hiberus.*

Nam dictio † iſta, aliquando ponitur relatiue, vt *in l. 1. C. de epiſ. & cle.* Aliquando vero deſignatiue, & localiter: vt ibi dicit Bal. vtq; ſecundo modo loquitur, *d. l. quidam Hiberus, & l. ſi ſtatuta. ff. de mun.* & accipien lo illam localiter. & deſignatiue. Aliquando ponitur pro prope decem pedes. *leg. decernimus, & ibi Gloſ. in verſ. Poſſint. Cod. de aquaduct. lib. 11 iuncta l. omnis ſeruitus, eod. tit.* Aliquando pro vicinitate propinqua per quadraginta pedes. *cap. ſicut antiquitum. 16. q. 4.* Aliquando ponitur pro *intra d. l. quidam Hiberus* Iaco. de Aren. *in l. ſi teſtamentum. C. de inſtit. & ſubſt.* Ang. *in l. militum codicillis, in princip. ff. de teſtam. mil.* Oldr. *conſil.* 49. *conſuetis.* Alexand. *in conſil. 8. videtur fortaſſe, numer. 7. lib. 4.* 14

Et aliquando † econtra, *intra*, pro *iuxta*, ponitur. vt eſt tex. *in l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3.* vt dixerit Soc. *conſ.* 211 *Breuiter conſultationem. colum. 2. ver. accedat etiam. lib. 1* dictionem iſtam, *iuxta*, vario modo exponi, ſecundum ſubiectam materiam. 15

Inter quas † acceptiones, illam reperiri neminem fugit, quod dictio, *iuxta*, aliquando continuatiue ſumatur, text. eſt nor. *in l. fiſtulam. §. iuxta. ff. de ſer. vrb. præd.* & tradit, illum citando, Tancred. *in ſumma*, quæ Baldi eſſe apud Afflict. *in ſuis deciſ.* legitur, *in vlt. par. c. ſi de cautelis.* 16

Proinde continuatiue illam ſumere debemus, gratia venditoris.

Cum debeat † in dubio contra fundantem ſe in verbis interpretatio fieri, Imol. *conſ. 21. in caſu, colum. 1.* Ioan. de Ana. in his terminis, *conſ* 98 *Viſis, nu. 2.* Alex. *conſ* 128. *lib. 5. quod reperitur conſil* 106. *Viſo themate, num. 5. lib 4.* Socin *conſil.* 127. *ad fin. lib 1.* Corn. *conſil.* 188. *Poſt conſilium, ante fin. lib 1.* Dec. *conſil.* 171. *In cauſa, numer.* 5. *& conſil.* 41. *In cauſa, numer.* 3. Pariſ. *conſil.* 51. *numer.* 10. *lib.* 1. ſuper quibus verbis Magnificus Ioannes Vincentius ſe fundat, eiſque innititur: ſi enim hoc voluiſſent, expreſſiſſent, *l. vnic. §. ſin autem. Cod. de cad. toll.* 17

Accedente, quod verba in dubio debeant intelligi ſecundum curſum ordinarium, & non extraordinarium, & ſecundum quod extraordinarie quandoq; factum fuiſſet, arg. text. *in leg. Seio. § medico*, & ibi Bartol. *in verſicul. vltimo notab. ff. de aur. leg.* 18

19 Qui dicit, † commiſſionem generalem, datam procuratori de ſolitis fieri à domino, intelligi de ſolitis fieri ordinarie, & non extraordinarie, vt not. Bart. *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum ff. ſi quis caut.*

20 Et facit, quod † tradit Oldr. *conſ.* 129. *in quæſtione quæ vertitur.* & Dec. *conſ.* 430 *Quod ſupra, nu.* 7. *& 8.* vt & in pulcherrima quæſtione, verba non debere intelligi ſecundum caſum accidentalem, dicebat Cæpol. *conſ. ciuili.* 7. *caſus ſuper quo, numer.* 3. pluribus comprobando.

21 Cum igitur † foſſata iſta, venditioni cedere diximus, eſſeque partem fundi, & nemo ſuum iactare præſumatur. *l. cum de indebito ff. de prob.* Soc. Iun. *conſil.* 84 *inſpectis his, nu.* 6. *lib.* 3. *conſ.* 94. *ponderatis, num* 57. *eod. lib.* Afflict. *deciſ.* 315. *vt plurimum, n.* 5. ſecundum caſum ordinarium, non accidentalem, aduerſus iuris præſumptionem, verba iſta intelligenda ſunt, ac ita interpretanda, vt contrahentes interrogati dixiſſent, in contractibus iuxta Gloſſ. *in l. tale pactum. §. fin.* vbi Bald. *ff. de pact.* Gloſſ. *in l. ſed Celſus. § in emptis. ff. de contrahent. emp.* Decius, *conſil* 697. *His ſtantibus quæritur, num.* 8.

22 Prout etiam † in vltimis voluntatibus, in quibus ita interpretamur, vt veriſimiliter teſtator interrogatus reſpondiſſet. *l. Titius §. Lucius. ff. de lib. & poſthum.* Cur. Sen. *conſ.* 52. *ſuper teſtamento* Alberti *col.* 2. *verſ. Confirmantur præmiſſa*, Soc. *conſ.* 37. *viſo teſtamento, col* 3. *verſ.* 3. *Bene faciendo*, *lib.* 3.

23 Cum verba † potius debeant impropriari, quam tertio præiudicium inferatur Bald. & Card. *in c. ſi per eo, el* 1. *de offic. deleg.* Abb. poſt Hoſt. *in c. cauſam quæ, el* 2. *de teſtib.* Dec. *conſ.* 580. *Quæritur, numer.* 3. *conſ.* 680. *Viſo puncto, num.* 9. Et in dubio interpretatio fiat pro eo, quod partibus ſit minus præiudicium, Idem Dec. *conſil.* 439. *numer* 1. poſt Paul. de Caſtren. *in l.* 1. *ff. ſi quis caut.*

24 Proinde, † cum magnum præiudicium inferatur, non menſurando dicta foſſata, Magnifico Ioanni Franciſco, ob latitudinem, & longitudinem eorum vt non ſit veriſimile eum gratis conceſſiſſe, non eſt recedendum à prædicta interpretatione.

25 Succeditq; deciſio Bald. *in d. rub. C. de contrahen. empt. numer.* 4. dum de vtilitate notabili circa foſſata iſta loquitur, quod non præſumatur grata conceſſio.

26 Quod ex † pretio colligi poteſt, ex cuius quantitate, interpretatio fit venditionis, an certum in ea includatur, vel non. Bart. *in l. Titius § Sempronio, col.* 2. *verſ. Certe ex quantitate. ff. de lega.* 3. Bald. *in l.* 1 *numer.* 5. *C. quis teſtam. fac. poſ.* Alexand. *conſ.* 16. *Conſideratis verbis, ad fin. libr.* 4. Corn. *conſil.* 116. *Circa primum, lib.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 94. *num.* 28. *lib.* 3. habito reſpectu ad bonitatem ipſius prati, & quantitatem formarum, ſeu foſſatorum.

Et ſtante, vt dixi, conſuetudine menſurandi foſſata iſta, in territoriis Ciuitatis Aquilæ, verba in inſtrumento appoſita, declarantur ex conſuetudine, & modo vtendi. Bart. *conſ.* 59. *Commune Spolet. colum.* 2. *verſic. Præterea verba antiqua.* Roma. *conſ.* 271. *Vniuerſa*, Soc. Iun. *conſ.* 33. *Pulchra, num.* 31 *cum ſeq. lib.* 3. & eſt tex. *in l. ſi pignore. § ſi creditor*, vbi Bart. *ff. de pig act. in l. fin.* vbi Bald. *C. de fideiuſſ. in l. bene a Zenone*, vbi Ang. *C. de quadr. præſcr.* facit quod not. Bart. *in l. heredes mei. § cum ita. ff. ad Trebel. & in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi ff. de oper. lib* & quod voluit Petr. de Anchar. *in l. tres fratres. ff. de pact. cum ſimil.*

§ Vlterius non videtur obſtare primum fundamentum, ob appoſitionem dictionis, *circum*, ibi *iuxta formam quæ eſt circum*, vt non poſſint dici excluſa foſſata, & pro termino terminante poſita. Nam per hæc verba, non demonſtratur terminatio directa, ſed circularis, oſtendendo ambitum, & circuitum prati, clauſum foſſatis non vt foſſata non ſunt menſuranda, & ſic ſint excluſiue mentionata: ex qua dictione, *circum*, debemus intelligere dictionem illam, *iuxta*.

Verbum † etenim dubium ex verbis, ei adiunctis declaratur, diſiunctim, vel coniunctim. Soc. *in l.* *in* 1. *not. ff. de verb. ſub.* Roman. *conſ.* 231. *Præmiſſorum Doctorum*, *in* 2. *ratione.* Soc. Iun. *conſ.* 5. *Videtur prima fronte, n.* 31. *lib* 3. 27

Eo magis, † quia dictiones excluſiuæ, non excludunt, quæ procedunt per eandem rationem. Dy. *in c in argumentum, de reg. iur. in* 6. Bald. *in l. ob æs. per illum tex. C. de pæd. min.* quatenus excluſiuas in propoſito fateremur, cum foſſata hæc veniant eodem rationis adminiculo, *d. l. prædia. §. ſi quis legatum. & d. l. Id quod. §. quod vendit & l fundi.* 28

§ Nec dicatur, foſſata iſta eſſe extra fundum poſita, & ſic non debere menſurari, vt dicebat Bald. *in d. rub. numer.* 15. *verſic. Ager autem. ff. de rer. diuiſ.* quia imo ſunt intra pratum, vt dixi, ſi recte animaduertatur.

Nam extra † fundum, dicuntur illa, quæ extra ſepes, id eſt, iuxta ſepem ſunt, & viam publicam, quæ non menſurantur, licet fundo deſeruiant. Secus, ſi ſint intra ſepem, & fundum, quia menſurabuntur. *d. l. prædia.* Foſſæq; iſtæ exteriores, ſunt bene eorum, quorum prædia hæreant, nec poſſunt dici viæ, quia per eas nemo vadit *l.* 2. *§ prætor ait. ff. ne quid in loc. publ.* & ita ſe ipſum declarat Bald. *in d. l. riparum, num.* 2. *ff. de rer. diuiſ.* dicens, quod Bart. putat nihilominus, quod vſus ſit publicus, ſicut in via: quia quilibet poteſt animalia ſua ad bibendum ducere de illo torrente, & foſſato, prope viam, quod repetit Ang. de Aret. *in § riparum quoq; num* 1. *&* 2. *inſt. de rer. diuiſ.* quia cum viis adhæreant, quarum vſus publicus eſt, non minus horum foſſatorum commoditas publica, ſeu communis reputatur. Quod itidem voluit Cæpoll. *in d. tract. de ſer. ruſt. præd. in c. de Ripa*, cuius verba ſubiicere operæ precium viſum fuit: *Et quod dictum, inquit eſt de ripis, idem dicendum eſt de foſſis, quod illa non debeant menſurari, ſi ſunt extra fundum, quia ſimiliter eſt earum vſus publicus ſicut viarum: quia quilibet poteſt animalia ſua ducere ibi ad bibendum de illo foſſato: ſed, ſi eſſent foſſata intra fundum, quia proprietas earum, & vſus eſt ipſius domini fundi, cum fundus venditur, venit in menſura* & ita tenet Bald. *in d. l. riparum, & in rub. eiuſdem tituli, in* 1 *colum.* 29

Patet ergo ex his, foſſata, de quibus agitur, eſſe intra fundum, non viam cum petia prati prædicta ſit in medio cuiuſdam campi amplisſimi terrarum pratiuarum, quæ fuerunt factæ per Magnificum Ioannem Franciſcum, pro ſeruitio prati, & cultura, occaſione illud explicandi, & ad tempus irrigandi, de propria terra pratiua: Vnde clarius efficitur, debere menſurari, Ioan. de Amic. *conſ. . . In cauſa, & lite vertente, col.* 3. *num.* 10 *cum ſeq.* Expreſſe Bald. *in d. l. litora. verſ. hoc ſi tamen. ff. de contrah. emp.* Formaſq; ipſas fuiſſe factas de prato dicti Magnifici Ioannis Franciſci intra ſuos fines, ſatis conſtat ex depoſitione, cum ipſarum partium, tum etiam multorum Caſtri Carobiani.

Et tales † teſtes tanto magis probant, quia ſunt ruſtici, in materia confinium. Bald. *conſil* 452. *Verus Princeps Montis Ferrati, colu. in* 2. *lib.* 4. *& conſil.* 154. *Thema proponitur, colum.* 1 *lib.* 1. Alber. Brun *conſil* 34. *In cauſa, & differentia finium. colum.* 2. *ſecundo moueor.* tanto magis, quia ſunt de Caſtro Cambiani, in cuius 30

tanti-

territorio eſt dictum pratum, & ſunt illi vicini.

31 Cum illa, † tanquam vicinorum, ſcire præſumantur, *c. quoſdam de præſumpt.* Bart. *in l. poſt contractum, nu. 3. ff. de don.* Bald. *in l. 1. C. de colluſ. deteg.*

Quinimo ad omnem dubietatem ſubmouendam, in tantum, vt non ſit opus alia probatione, vltra foſſata, videntur termini plures lapidei, & confinia de ſaxo, inter ipſum Magnificum Ioannem Franciſcum, & alios vicinos, gradatim poſita, & diſtributa: Quis autem dixerit foſſata iſta eſſe extra, non intra fundum?

Imo inter terminos, & foſſata videntur quidam limites & interualla, vt limus in puris terminis *d. l. prædia. §. ſi ita legatum.*

32 Omne † etenim, quod eſt intra fines alicuius loci, præſumitur iure dominij pertinere ad illum locum, *l. adi ſacra §. fin. ff. de contrahi. empt.* Bald. *in l. inſu a Italia ff. de iud.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. in princip. ff. de acquiren. poſſ.* Ioan. And *in c. fin. extr. de offi. archid.* Soci. *conſ. 166. In ca. ſa communitatis Caſtri Montis Nigri, col. 2. verſ. Tertia concluſio, poſt numer. 3. libr. 2.* Curt. Iun. *conſil. 41. Præſupponitur in facto, numer. 9. & conſil. 184. eiuſdem incip., num. 8.*

33 Ex quibus videtur ſatisfactum Felino, *in d. c. quia indicante*, & Alexandro, *d. conſ. 130 num. 6 lib. 2.* qui loquuntur, quando eſſet dictum ſimpliciter, *iuxta flumen*, & non in terminis noſtris, quia cum loquantur de fluminibus, & eorum littoribus publicis, non priuatis, certe per ipſos tradita, videntur habere ſaporem iuris: cum verbum illud referatur ad id, quod non cadit in priuatum commercium, prout eſt flumen.

34 Quibus accedit, quod dictio, *iuxta*, non excludat ea, quæ ſunt ad perpetuum vſum rei conceſſa, ſecundum Spec. *in ti. de em. & vend. §. 1. verſicul. Ad eiuſdem. i. m.* & tradit Socin. *d. conſil. 211 Breuiter conſultationem, col. 1. verſicul. Tamen in materia noſtra libr. 2.* quales ſunt foſſata iſta, quæ ad perpetuum vſum rei ſunt.

¶ Non obſtat ſecundo, quod dicitur propterea non debere menſurari, quod expreſſe in ſolutum datæ ſunt tot cupæ prati, de petia terræ pratiuæ, vt iſto caſu ſit vendita, ſeu in ſolutum data pars fundi, quæ in effectu contineat illas cuppas, non autem foſſata: & ſic iſta verba, deſignantia ſpeciem prati, & corpus determinatum, videantur expreſſa in vim legis, & pacti, à quibus non poſſit aliter recedi, vt clariſſimus, & apertiſſimus, *d. l. legem C. de pact. l. ea. C. de cond. ob cauſ. cum aliis deſuper allegatis*: in tantum, quod inde menſuratio foſſatorū penitus excludatur. ſed dictū Magnificum Ioannem Vincentium, tanquam deceptum in qualitate fundi, poſſe agere ad intereſſe, iuxta *d. leg. ſi in qualit. ate, & leg. ſi ſeruum. §. ſi modus.* quia per menſurationem horum foſſatorum, attentis deſuper narratis, non receditur à pactis initis, & conuentis: cum foſſata iſta ſint pars fundi, & vſus dominij, & proprietatis, ideo de iis videtur cogitatum.

35 Cum idem † iuris ſit de toto, quoad totum, quod eſt de parte, quoad partem *l. quæ de tota ff. de rei vend. l. ſi quis cum totum ff. de excep. rei iud.* & in toto pars continetur. vulg. *l. in toto ff. de reg. iur.*

36 Ac volens † vnum, vult omne, ſine quo illud eſſe non poteſt *l. ſi iter. ff. de ſeruit. l. nec in § 1 ff. de acquir. hær.* And. de Iſer. *in § moneta, numer. 18. verſic. Cui committitur Regnum, in tit. quæ ſint reg.* Claud. *in l. 1. in princ. col. 2. & 3 ff. de non. oper. nunc. l. 1. ff. de iuriſd. om. iud.* Et propterea non poteſt dici in qualitate deceptus, cum menſura integra ſit, cupparum in ſolutum datarum, ſi foſſata menſurentur de terra pratiua conuenta. Nec ſuit dictum, quinquaginta iugera vineæ eſſe, & quinquaginta prati, ut vineæq; minus, in prato plus inuenit, eſſe tamen omnia centum iugera. *d. leg. ſi in qualit. ate.* Poſſet forſan deceptus cenſeri, ſi pratum non eſſet ita qualificatum, nec haberet ad pratum neceſſaria.

Hancq; litē tollere videtur Cæpol. *in d. trac. de ſeruit. ruſt. præd. in c. de Ripa, col. 2.* dum ponit quæſtionem, an ripæ debeant menſurari cum fundo, puta ſi vendidi fundum, & affirmaui centum iugerum, qui ad partes argumentatur, vt eſt dictum, decidendo, per *d. l. prædia maritima.*

¶ His traditis, & ſuccincte allegatis, quæ ſatis ſufficere poſſent in præſenti conſultatione, ad reddendum caſum valde planum, pro debita menſuratione foſſatorum, illud addendum eſt, in prato, de quo quæritur, adeſſe plura foſſata, & quædam inter cætera, ampliora, atq; latiora, & tam antiqua, vt de conſtructione non extet hominum memoria, adſunt pariter de proximo confecta per ipſum dantem in ſolutum, & Magnificum Marcū Antonium Vetuſtum eius patrem, & in ſpecie nonnulla, pratum, vt deſuper traditum, à pratis hominum Caſtri Cambiani diuidentia: quæ nulli dubium eſt menſurari debere, ex ſerie inſtrumenti, dicentis, *iuxta viam, iuxta formam que eſt circum, iuxta bona, populis mediante*: de aliis vero nouiter factis nulla mentio.

Itaq; † verba illa, *iuxta formam, circum*, ad antiquam foſſam, quæ non controuertitur, ſunt referenda: 37
mentem cótrahentium attendendo, quæ ſono verborum præfertur, etiam cum ipſorum improprietate, *leg. benignum. ff. de legib. l. ſi uero oportet. §. aliud ff. de ex. uſ. tut. l. 3. § conditio. ff. de adim. leg.* Cnr. Sen. *conſ. 75* D. Auguſtinus, *col. 3.* Lud. Gozad. *conſ. 55. Quæritur, col. 1 num. 7.* Et conſequenter foſſa illa media, inter bona Vniuerſitatis & pratum iſtud eſt menſuranda vna cum aliis foſſatis, per ipſum dantem in ſolutum, factis, & terminatis, ac intra fines poſitis, quæ videntur remanſiſſe in diſpoſitione iuris communis. In materia iſtius Conſilii, & pro opinione D. Conſulentis. Vide Capic. *in inueſt. feud. in verſ. ſcit rub. feudorum la ſu- la, in Verbo, an vendito prædio f. l. 110.* Et Ang. Aretin. *in § actionem, nu. 16 in fi. Inſt. de action.*

¶ Et ita dico, & conſulo ego, Ioſephus de Ruſticis V. I. D de Ciuitate Aquilæ, & ad fidem me ſubſcripſi, ſolitumq; meum ſigillum, quo in ſimilibus vtor, appoſui feci.

Huic conſilio ſe ſubſcripſere.

Marcus Antonius Flocca-	*Archangelus Cydonius.*
Fabius Marcheſius. (rus.	*Alexander Criſius.*
Petrus Paulus Theodorus.	*Ioannes Carolus Quatrarius.*
Ioannes Antonius Lanarius.	*Marinus Petrus Dragonet-*
Fabritius Sammarcus.	*Fabritius Trentacinquus (tus.*
Rutilius Minerius.	*Franciſcus Vinius.*
Scipio de Bononia.	*Ioannes Vincentius Burrus.*
Omnes de Neapoli.	*Ioannes Maria Morinus.*
Carolus Alfer.	*Octauius Gmellius.*
Paſchaſius Furcanius. (nus.	*Cæſar Rutra.*
Ioannes Vincentius Marti-	Omnes de Aquila.

OPINIO

OPINIO MXIX.

SVMMARIA.

1 *Vendito fundo, cum expreſſione iugerum, vnico pretio pro toto fundo conſtituto, an ad corpus, vel menſuram facta cenſeatur venditio, ita vt fundus menſurari debeat, & ſi plus vel minus in menſura reperiatur, id commodo, & damno emptoris cedat, & n. 2.*

1 VENDITOR vendens † terram, incipiendo exprimere ipſam ſpeciem, ſeu corpus determinatum, in contractu venditionis, ſcilicet terram iugerum quinquaginta, dato quod poſtmodum adiiciat menſuram, vel numerum: tamen venditio dicitur facta ad corpus & ad ſpeciem, non autem ad menſuram, quæ hoc caſu cenſetur facta enunciatiue, tranſitorie, & demonſtratiue, & profecto venditio iſta regulatur à menſura, ex quo in illa venit id, quod eſt demonſtratum per confines appoſitos, licet excedat numerum, & menſuram expreſſam, & hoc totum, commodo emptoris cedit, & ſic vbicunq; pretium eſt vnicum pro toto fundo, & non pro quolibet iugere: tunc totus fundus intra cõfines deſignatus, venditus intelligitur, eſto quod menſura expreſſa minus in ſe habeat, ſecundum Oldrad. *conſil.* 497 *in fin.* Ioan. And. *in add. Specul. in tit. de empt. & vend.* §. *ſecundum in fin.* Bald. *in rubric. C. de contrahen. emp. q.* 23. Sali. *in l. qui fundum* §. *qui agrum ff de contrah. empt. in leg.* 2. C. *eod. tit.* Inno. & Imol. & cæteros, *in cap.* 2. *de donat.* Bart. & Paul. Caſtren. *in l. Iulianus.* §. *ſi Titius. ff. de act. empt.* Ioan. de Ana *conſil.* 98 Alex. *conſil.* 133. *volu.* 1. *conſ.* 220. & 117. *volu.* 2. & *conſil.* 8. *vol.* 4. Corn. *conſil.* 59. *col.* 2. *vol.* 4. & Panſ. *conſil.* 64 *num* 31 & *ſeq. vol.* 1. poſt alios multos congeſtos ibi per eum, & iſta eſt communis
Com. opinio, teſte Deci. *conſ* 447. *numer.* 1. & *ſeq.* Pariſ. *in loco*
opin. *præcitato*, Hierony. Brixiano, *in tract. de finibus c.* 88. *per tot. & præſertim, num.* 6. & Benuenuto Stracca, *in tract. de mercatura, in tit. de nautis in* 3. *part. num.* 6. *fo* . *verſo* 156. & ſecundum eam iudicauit Sacrum Regium Conſilium Neap teſte Afflict. *deciſ.* 68. & ibi Viſillo *in add. in prin.* & conſuluit Panſ. *in d. conſil.* 64. *num.* 31 *cum aliis ſeq.* vbi tollit omnia contraria. Licet Rota Bononienſis, parum, aut nihil animaduertens, determinauerit contrarium, atteſtante Petro de Benintendis, *in deciſ.* 30.

Et eandem ſententiam communem limitauit Stracca *in d. tract. de mercatura, tit. de nautibus, numer.* 6. *cum aliis ſequen.* & Viſillus *in aduocat. Afflicti in d. deciſ.* 68. *nu.* 2. *cum aliis ſeq.*

2 Sed vendito † fundo tot iugerũ, pretio in ſingula iugera conſtituto, tunc vtiq; requireretur ad pretii declarationem, venditis tot iugeribus, menſura, ad venditionis perfectionem, ita Ant. Auguſt. *deciſ.* 200 *lib.* 3.

OPINIO MXX.

SVMMARIA.

1 *Venditor ſuum duntaxat factum promittens, an etiam teneatur de facto ſui authoris.*

2 *Venditor qui non tenetur de euictione extranei, an pretium refundere cogatur.*

1 PROMITTENS † factum ſuum, tantum in venditione, ſi tractu temporis, res empta euinceretur, ex facto ſui authoris: tunc profecto tenetur ipſe venditor de euictione, & ſic de facto ſuorum authorum, prædeceſſorum, & hæredum tenetur: quoniam per dictionem huiuſmodi, taxa[illegible] vi tur factum authoris ex l. Ædil. ſecundum [illegible] Intereſt Bart. Bald. Sal. Paul. Caſtren. [illegible] ſi ſeruum, in l. 2 ff de cond. furt. & ibi [illegible] Alex. [illegible] add. ad Bart. Cyn. Bald. & Sali. in l. fin. C. de act. empt. A[illegible] in §. fin. Inſti. de empt. & vend. P[illegible] Caſtren. & Iaſ. in l. Roma in l. ſtipulatio iſta ff de verb. oblig. vbi, colum[illegible] iſtam eſſe communem opinionem [illegible] quoque, poſt alios ſignatos per eum, Boer. *deciſ.* [illegible] 9 *cum aliis ſequen.* vbi dicit eſſe [illegible] communem [illegible] ſententiam eamq; limitat, & ait ita in Burdegalenſi [illegible] Com.
opin. Senatu fuiſſe deciſum. Et ſequitur [illegible] aliis aggregans per eum, citando ſimiliter locum hunc Cap. Caball. *in tract. de euict.* §. 5. *numer.* 43 & *ſequen.*

2 Et licet † dictio taxatiua in his verbis, *promitto pro facto, & dato meo tantum, operetur*, qu[illegible] venditor de euictione extranei non teneatur, non efficit [illegible] quin teneatur pretium reſtituere, vt conſ[illegible] veritatis, Alex. *conſ.* 18. *attento narrato in themate, n.* 10 & *ſeqq. vol.* 5. & *in l. ſtipulatio iſta, in pr.* & ibi alii omnes communiter hoc idem con[illegible] approbant *ff. de verb. oblig.* Rom. *ſing.* 387. *ſi venditorem cum pacto*, Cremens. *ſing.* 31. *ſæpe iſtud quotidie.* & *ſing.* 158. *v. in forum.* Dec. *conſ.* 281. Marſil. *ſing.* 475. *non eſt ibi nouum, & ſing* 616. *venditor regulariter tenetur* Ioan. Igneus *in quæſtione an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem*, Card. Albanus *in addit. ſeu lucubrat. ad Bartol. in* §. *emptorem,* §. *qui autem, ff. de actionib. emp.* & *in rub. ſub num.* . *ff. de Euictionib.* Alciat. *in l. ſi cum fundum, ff de verb. ſignif.* E[illegible] rard. *in locis legalibus, in loco, à natura dictæ taxat.* Pet. Stella *in repet. l. qui Roma,* §. *Augerius ff de verb. obl.* & Gaſpar Caballinus *in alleg. tract. de euictionib* §. 5 *num.* 43. & *ſeq.* vbi citando etiam hunc locum, dicit non obſtantibus friuolis obiectionib. & ſolutionibus, exaggeratis & adductis per Apoſtillam ad Alex. *in alleg. conſ.* 18 *ſub nu.* 15. *in litera E*, ſtandum eſſe cum prædicta communi, tanquam tutiſſima, quæ ſanctè eſt obſeruanda in practica, & in cauſis decidendis, prout ita non ſemel iudicauit ſacra Regia audientia Barenſis *anno* 1588. & *ſequentibus* in cauſis, & caſibus meã tunc occurſis. Ita vt, qui paciſcitur, vt de euictione non teneatur ad reſtitutionem pretii ſi generaliter paciſcatur, *Lex empto,* §. 1. & *fin. ff de actionib. emp.* aut vero paciſcitur, ne teneatur ex certa cauſa, ſi propter illam cauſam euincatur, & tunc ad pretium non tenetur vllo modo, textus eſt, & ibi Gloſſ. *in l. qui libertatis ff. de euictionib.* & *in l. cum ea, in prin. eod. tit.* Et hoc perpetuo diſce ad practicam, ſiquidem multi dicerent oppoſitum.

OPINIO MXXI.

SVMMARIVM.

1 *Venditor omni iure, agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium.*

VENDITOR de † iure ciuili, canonico, & in 1
conſcientia, agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium, *l. curabit*, vbi text. Gloſſ. Bar. Bald. & Docto. *C. de act. empt.* Ita tamen, ne huiuſmodi intereſſe petitum excedat conſiderabili quantitate, perceptionem fructuum perceptorum: cum pro percipiendis, & non perceptis, non ten[illegible] venditor ad intereſſe erga emptorem, ob pretium non ſolutum, & iſta eſt magis communis opinio, [illegible] refert Soci. *in leg. de diuiſione, numer.* 13 *cum ſequen. ff ſolut. matr.*

mat. vbi Bart. & alii Doct. Paul. de Caſtro *in leg. ſultanam. §. ex vendito ff. de act. empt.* Lauren. de Rodulphis *in tract. de vſur. in 2. part. in 4. oppoſit.* Io. de Ana. *in c. in ciuitate, extra prin. de vſuris.*

OPINIO M XXII.

SVMMARIVM.

1 *Vendens cum pacto francandi, ſi res in alium tranſlata ſit, an contra primum vel ſecundum emptorem agere debeat.*

1 VENDENS rem † cum pacto francandi, non poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata eſt, ſed tantum contra primum emptorem, actione perſonali vt per Alexand. *conſil. 10. volum. 1 ferè per totum* & Gozadin. *in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 44. cum aliis ſeqq.*

¶ Quam Alex. opinionem, licet Soc. impugnauerit *conſ. 80. volu. 3. in princ.* ſequendo Paul. de Caſtr. & Cum. tenentes contra Alex. in locis ibi à Soci. citatis, & quorum opinionibus dixit Soc. non minus eſſe deferendum, quam authoritati Alex. Et quamuis contra Alexan. ſententiam tenuerit Cuma. Ioan. de Anan. & Ant. Burgos, *in locis, in repet. d. l. 2. num. 133.* tamen Alexan. opinio magis communiter recepta eſt à Doctoribus: eam enim ſequuntur Fulgoſ. *in l. ſi. non vendere ff. de pign. act.* [illegible] *ab emp. item colum. 2. ff. iura-tis.* Ruinus *conſil. 51. vo. num. 1.* Ripa, Ferdinan. Dec. Curt. Senior, & Caſſaneus *in lectura, & conſiliis citatis à* Cagnolo, *in d. l. 2. num. 144.* à qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo, & iudicando, *iuribus, & rationib. vulgarib.*

OPINIO MXXIII.

SVMMARIA.

1 *Venditio iurata, & certis clauſulis confirmata, an reſcindatur ex* l. 2. C. de reſcind. vendit. *etiamſi læſio vltra dimid. appareat, &* nu. 2. & 3.

4 *Scienti & volenti dolus non infertur.*

1 VENDITIO iurata † cum clauſula prægnantiſſima *certiorationis*, & aliis apponi ſolitis in contractu venditionis ſi facta ſit, & venditor in ea ſit læſus vltra dimidiam iuſti pretii, non poteſt reſcindi ſecundum Bart. *num. 14. & 16.* Bald. *quæſt. 4. num. 7.* Sali. *q. 7. num. 11.* Paul. de Caſtr. *nu. 7.* & omnes in *l. 1. C. de reſcin. vend.* vbi Moder. præſertimq; Cagnol. *num. 124.* atteſtantur hanc eſſe communem opinionem, & Caſſador. *deciſ. vnica, in tit. de empt. & vend.* vbi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium Doct. vtriuſque cenſuræ. & cõſtat etiam hanc eſſe communem ex congeſtis per Barba. *conſ. 55. num. 20. volu. 2. & conſil. 4. num. 31. eod. vol.* & Boer. *deciſ. 142.*

2 Quia † vbicunq; quis non ignorans, ſed ſciens ſe læſum eſſe, ex contractu vltra dimidiam, etiam in [illegible] exceſſu, *l. 2.* remedium habere non dicitur, [illegible] veri valorem, ſecundum Doct. præmemoratos Alexand. *conſil. 125. colum. 5. volu. 1.* Dec. *conſ. 583. col.* [illegible] communem iſtam eſſe communem opinionem, & Rolan. à *Valle conſil. 59. numer. 10. cum aliis ſequen. vol. 1.*

3 Scienti enim, † & volenti dolus non infertur. *l. cum donationis C. de tranſact.* neque ea propoſito, neque re ipſa, vt voluit Socin. *42. col. 2. lib. 4.* & ſequitur Rolan. *in d. conſ. 59. ſub num. 13.*

4 Nihilominus † Rota Roma. in contingentia facti voluit contrarium, & dictam communem reprobauit, vt refert Caſſador. *in d. deciſ. vnica*, quæ authoritas Rotæ videtur verior, & æquior, eamque caſu euenientè, in iudicando, & conſulendo conſtanter amplecterer, per argumẽta, & rationes relatas per Abb. *in c. Quintauallis. colum. 15. de iureiuran.* & Caſſadorum *in d. deciſ. vnica, per totam*, & Arium Pinelum *in d. l. 2. Cod. de reſcin. vend. in 1. part. cap. 1. numer. 10. cum aliis ſequen.*

OPINIO MXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Venditor dans, tradens & donans emptori, illud, quod plus valet, an iure, reſciſſionis venditionem petere poſſit ſi læſus reperiatur.*

VENDITOR † dans, tradens, donans, & donare intendens emptori illud, quod plus valeat res alienata, ac vendita; poteſt optimo iure venditionem, ſub prætextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretii, reſcindere, ſi conſtet eum ignoraſſe valorem rei alienatæ. ſecundum Guliel. de Cun. *col. ſi ſibi decem. in princip. ff. de pact.* Azo. *in ſumma de reſcind. vend.* Bart. *in l. 2. C. de reſcind. vend. & in l. ſi quis cum aliter ff. de verbo. oblig.* Bald. Alexan. Iacob. de S. Georgio, & Iaſon *colum. 4. in l. 9. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut.* 1

Secus vero ſi ſciebat valorem rei venditæ venditor: tunc enim perdit omnino remedium *d. leg. 2.* nec venditio per læſum vltra dimidiam iuſti pretii reſcindi poteſt, & iſta fuit diſtinctio Bart. *in d. l. ſi quis cum aliter, in 11. q.* cum quo ſentiunt omnes Docto. communiter ibidem, & *in prætata l. 2.* vbi Moder. ſequuntur, & atteſtantur, dictam communem, & Boer. *conſ. 142.*

¶ Sed nonnulli Docto. tenuerunt contrarium, quorum rationem late proſequitur Abb. *in cap. cum contingat de iureiuran. & in c. Quintauallis eod. tit. col. 15. & ſeq.* vbi refert Bald. dicere, communiter in practica obſeruari, quod non obſtante quacunq; verborum cautela, & enormem læſionem, peti poſſit reductio ad arbitrium boni viri.

¶ Tamen non eſſet tutum à prædicta communi diſcedere: quia difficile foret contra eam obtinere in practica, quam ſequitur etiam, citat, & imitat Cagnolus *in d. l. 2. num. 129. & ſeq.*

OPINIO MXXV.

SVMMARIA.

1 *Venditor, an rem præciſe tradere teneatur, vel præſtando intereſſe, liberetur, &* nu. 2.

3 *Vendere promittens alicui an teneatur præciſe ad rem tradendam.*

4 *Venditor pretio non ſoluto, an rem retinere, & etiam retinere poſſit, ſi minimus nunc ad ſua inſolutionem de ſit.*

VENDITOR † non tenetur præciſe rem tradere, ſed præſtando intereſſe liberatur, per text. *in leg. 1 ff. de act. empt.* cum quo concordat *l. ex empto §. etiam eod. tit.* & not. Aret. *in §. 1 Inſti. de donat.* 1

¶ Alibi vero Gloſſ. diſtinguit, *in §. pretium, Inſtit. de empt. & vend.* quod venditor, habens facultatem tradendi rem venditam, poſſit cogi præciſe manu militari, & etiam per pœnas, & mulctas, ad tradendum poſſeſſionem realem rei venditæ emptori, nec liberatur præſtando intereſſe, quam Gloſſ. meliorem

liorē de corpore iuris appellat Aret ibi, & eius opinionem dicit æquiorem Gloſſ. *in d. leg.* 1. eamque ſequuntur ibi Bart. Bal. I. Paul. de Caſtr. & Fulg. Bart. *num.* 5. Paul. de Caſtr. *col. pen.* Alexand. *col.* 2. *num.* 21. & Dec. *colum.* 6 *in l. in actionib. ff. de in lit. iur.* Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, in* § 4. *ff. de verb. oblig.* & poſt eum ibi Roma. *num.* 58. Alexand. *num.* 40. Iaſ. *ibi num.* 55. Claud. Aqueri. *num.* 40 & Rom. *num.* 30. dicunt, ac audacter fatentur, hanc eſſe communem opinionem. Idem dicit Alexand *in l. certi condictio, num.* 11. *ff. ſi cer. pet.* Dec. *num.* 2 Paol. Caſtren. *in l. ſi ex toto Cod de act. emp.* Iaſ. *in l. quoties, num.* 34. *C. de rei vend.* Felin. poſt Imol. *in c. cum Ioannes, num.* 5. *de fide inſtr.* Roet. *dec.* 48. *colum* 1. Pet. And. Gamma. *in tract. permut. num.* 19. Fabian. de Monte, *in tract. de empt. & vend. in* 6. *q. princip. num* 38. vbi citat infinitos Doctores & denique ibi fatetur, hanc eſſe veram, & communem opinionem, Couarruuias, *in tract. reſolut. iuris ciuil. cap* 19 *numer.* 1. *libr.* 2. & Tiraquel. *in tract. conſtituti poſſ. ff. in* 1. *parte, num* 35.

Cõis opin.

2 Declaratur † iſta communis vtiliter, quod nec liberetur venditor ab actione perſonali ex empto, per conſtitutum de poſſidendo emptoris, vel precario, quin teneatur tradere poſſeſſionem, prout eſt facti, & non iuris, & ſic poſſeſſionem realem, manualem, & effectualem, & corporalem, ſecundum Gloſſ. *in leg. Iulianus.* §. *ex empto, de act. empt.* Bald. Ang. Paol. Caſtr. *in l. ab emptione, de pact.* & Cy. *in l.* 1 *in fin. C. quando liceat ab empt. diſcedere* & iſta eſt communis opinio, teſte Ruino *conſ.* 94 *num.* 1. *vol.* 1.

Cõis opin.

¶ Nec ab re hoc firmant præcitati Docto. quod præciſe teneatur ad tradendum rem, venditor conſtituens ſe precario poſſidere, emptoris nomine: quia res eſt effecta emptoris: vt per Bald. *in repet. l. Arnulius, columna* 10. *verſic. Ego cogitabam defendere. ff. de minor.*

3 Declaratur † quoque dicta communis, in tantum procedere, quod promittens vendere alicui, tenetur ad rem tradendam præciſe: quia promiſſio de vendendo dicitur indiuidua, *leg. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig.* vbi Bart. & omnes hoc tenent, & idem Bartul. *in leg. cum vſusfructus. ff. de vſufruct. leg.* & iſtam ponit eſſe communem opinionem Ruinus *conſil.* 27. *numer.* 1. *&* 6. *volu.* & Curt. Iun. *conſil.* 74. *in princ.*

Cõis opin.

4 Et procedunt † de plano omnia prædicta, ſi pretium rei emptæ fuerit ſolutum, vel aliter eo nomine ſatisfactum, tunc enim bene tenetur venditor præciſe rem tradere, alias ſecus.

Imo rem prædictam poteſt retinere loco pignoris, *l. Iulianus* §. *offerri ff. de act. emp. & d. l. ex empto, in prin.* Et hoc videtur ſentire expreſſe Bald. *in l. fin. C. commo.* vbi dicit, quod venditor poſſit retinere rem venditam pro pretio non ſoluto. Imo etiam pro vno nummo non ſoluto, poteſt optimo iure totam rem retinere, vt latius declarat Fabian. de Monte *in loco prealleg.*

OPINIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui de re vendita habuit fidem de pretio, an agere poſſit, ad rem recuperandam, rei vendicatione.*

1 VENDITOR, qui † de re vendita, habuit fidem de pretio, non poteſt agere ad rem recuperandam, rei vendicatione, quia dominium tranſtulit, *vt in* §. *vendita. Inſt. de rer. diuiſ. & in l. procuratoris,* §. *plane ff. de tributoria actione,* vbi [illegible] communiter [illegible] probata, Bar & Pau. Caſtr.

¶ Et hoc procedit etiam ſi [illegible] pe[illegible] alium, Ne[illegible] habet [illegible] vt pre[illegible] *ind.* §. *plane,* & ibi Bart. & Paul. Caſt. en. & [illegible] in [illegible] *in l. quod quis navem ff. de priuileg. cred.* Nec etiam h[illegible] cattam, niſi ita conuenerit, vt per Bart. *in d. l.* [illegible] *quo nauis* Nec etiam ex æquitate. *l. fin. ff. de eo per quem fact. erit,* quia per venditionem videtur conceſſa licentia alienandi, per ea, quæ tradit [illegible] *in d. l. fin.* [illegible] & hoc habui in facto, & [illegible] obtinui pluribus vicibus in practica.

OPINIO M XXVII.

SVMMARIA.

1 *Vendere rem propriam nemo inuitus cogitur, excepto tempore annonæ, vel alterius neceſſitatis, num* 1

3 *Diuites, etiam gratis, pauperibus tenentur frumentum diſtribuere, & non habentes emere coguntur.*

4 *Exponens rem venditioni ad victum & veſtitum neceſſariam, etiam ceſſante inopia, eam vendere tenetur.*

5 *Vendere res proprias iuſto pretio, multis caſibus quis cogitur, remiſſ.*

6 *Venditio facta ad alterius æmulationem, vel iniuriam, non valet.*

VENDERE rem † propriam nemo inuitus cogendus eſt. *l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. C. de iure delib. l. inuitos. C. de locati* & minus poteſt cogi vendere pretio viliori *l. ſi fideiuſſor* §. *fin. ff. de leg.* 2. Bart. *in l.* 1 §. *cura carnis ff. de offi. præf. vrb.*

Sed claudicat † hæc regula, ſeu declaratur non 2 procedere, in caſu, in quo reſpublica grauaretur annonæ inopia: tunc enim, & ſi quis merces venales non expoſuiſſet, nec eas publice venditioni obtuliſſet, nihilominus ad earum venditionem cogendus eſt, vbi reſpublica annonæ inopia premitur, & quidem iuſto pretio, à principe, vel magiſtratibus deſinito; ne quis pro libitu res neceſſarias hominum alimentis, quocunque pretio grauiſſimo ob rei penuriam vendat, & hoc colligitur ex *l.* 1. *C. de epiſc. audien.* vbi Bart. & Scribeo. omnes communiter. Pa[illegible] & alii Canoniſt. vno omnium ore, *in c.* 1 *de emp. & vend.* Bart. *in l. annonam ff. de extr. ord. crim.* Luc. de Penna eleganter *in l.* 1. *C. de quibus muner. liceat ſe excuſ. verb. temp.* Iaſ. *in l.* 1. *colum* 2 *ff. de l. gr.* Afflictan. [illegible] *in prooemio conſ. Neapol.* Bald. & Ang *in l. ſi pendentes.* § *ſi quid. locauerit. ff. de vſufruct. per text ibi* & Felin. *in d. cap.* 1. *de empt. & vend.* vbi Moder. *in locis præcitatis*, atteſtantur hanc eſſe communem opinionem.

Quod in tantum procedit, vt non ſolum tempore peſtis, & tẽpore careſtiæ diuites cogi poſſint vendere frumentum, verũ etiam teneantur gratis pauperibus dare triticum ipſum: & ſi diuites non haberent, poſſent cogi ad emendum, *l.* 1. *C. vt nemo in empt. ſpecies lib.* 10. & notat diffuſe Ripa *in tract. de peſte, in* 6. *remedio præſeruatiua.* 3

Falliturque † prædicta regula ſecundo loco, vt cum 4 quis exponit publice res proprias venditioni, quæ pertineant ad victum, & veſtitum hominum: tunc enim, æquum eſt, ac reipublicæ conueniens, etiam ceſſante inopia rei, vt publicus venditor cogatur iuſto pretio vendere res, quas venditioni [illegible] tex. eſt, ſecundum Albe. & Bu[illegible] *col.* [illegible] *in d. l.* [illegible] *quidam deponere, n.* 6 *ff. de eq.* Dyn & Bartol *in* [illegible] *l. nec emere.*

¶ Et quamuis Iaſon *in d. l. nec emere*, contrarium tenue-

tenuerit, tamen in his, quæ pertinent ad victum, procedit de plano prior ſententia, ſecundum Albet. *in d. l. nec emere*, poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt, vt audacter aſſeuerant Moder *in d. c. 1.* & nonnulli Doct. iam relati.

5 Fallit † ſimiliter præfata regula in multis aliis caſibus, quibus cogitur quis vendere, iuſto pretio, res proprias, quos tradiderunt Glo. & Doct. *in d. l. inuitum.* Glo. & *ibi* Alberic. & Iaſ. *in d. l. nec emere*, Roma. *in l. 2. num. 7. ff. ſolut. matrim.* Afflict. *in proœmio conſtit. Neap. q. 3.* Bal. & Ang. *in d. §. ſi quid inuacaris*, Rubeus *conſ. 92.* Marſil. *in d. §. cum quidam decoxerit.* Tiraq. *in tract. de retract. lib. 1. in præfat. num. 15. & in §. 3. Gloſſ. 3. nu. 1.* & Socin. *in tract. fallen. in regul. 455. Vendere rem ſuam nemo compellitur.*

6 Adde in materia, † quod venditio facta alicui, ad iniuriam vel æmulationem alterius non tenet, ita Iaſ. *in l. ex hoc iure, num. 20. ff. de iuſt. & iur. & in l. quo minus nu. 25 de flumin. Et in rub. C. ne Fiſ. vel reſp. nu. 2.* Bart. *in l. cum allegas, nu. 1. C. ne Fiſ. vel reſp. procur.*

OPINIO MXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ſciens, Emptori litem motam, re vendita, an Emptori ante denunciationem litis, de euictione teneatur.*

1 VENDITOR, † licet certo ſciat litem motam eſſe contra emptorem ſuper re vendita, nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam, niſi emptor ei denunciet litem motam, ſecundum Barto. *in l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. non. nunc.* Specul. Ioan. And. & Aochar. *in c. fin. de emot. & vendit. vsq; fin.* Bart. Bal. & Ang. *per illum text. in l. qui ab ſentem. ff. de procur.* Bal. *conſ. 279. vol. 3.* Paul. Caſtren. *conſil. 308. colum. penult. viſis & ponderatis vol. 1.* Corn. *conſ. 6. nu. 4. & conſil. 231. num. 10. volum. 2.* Nattam, *conſil. 38. num. 5. vol. 1.* Soc. Iun. *conſil. 4. num. 54. volum. 1.* Ioan. de Amicis, *conſ. 145. nu. 6.* Riminal. *conſil. 147. num. 3. volum. 1. & conſil. 274. vol. 2.* Curt. Ion. *conſ. 104 num. 1.* Bellonum, *conſil. 50.* & Bertran. *conſil. 12. vol. 4.* Alex. *num. 12.* & Iaſ. *num. 26. & ſequent. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrim.* qui dicunt hanc Com. opin. eſſe communem opinionem, & Ripa *ibi num. 17.* & Dec. *conſil. 74. colum. fin.* Quam communem limitat Ripa, *vbi ſupra in 8. caſibus, à nu. 18. vſque ad nu. 18.*

OPINIO MXXIX.

SVMMARIA.

1 *Re duobus vendita, præfertur is cui res tradita fuit. & ratio.*

2 *Eccleſia & Ciuitas præferuntur in re duobus vendita, non obſtante traditione alteri facta.*

3 *Principe vendente, vel donante eandem rem duobus, præfertur primus emptor vel donatarius. Idem procedit in Eccleſia vendente duobus, & nu. 4.*

5 *Emptor ſecundus non ignarus prioris venditionis, etſi res ei tradita, ſi a priore conueniri poteſt, & ad reſtitutionem rei tenetur.*

6 *Emptor primus an præferatur ſecundo, ſi venditor conſtituit, ſe in prima venditione, precario nomine primi emptoris poſſidere.*

7 *Dominium ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſſio etiam per precarium.*

8 *Contractus vbi non valet, nec valet precarium in eo appoſitum.*

1 VENDENS, † ſeu donans eandem rem duobus, ille præfertur in dominio detinendo, cui prius res tradita fuit, non attento, cui fuerit vendita prius, vel donata, *l. quoties. C. de rei vend.* vbi Doct. dicunt, hanc eſſe firmiſſimam iuris regulam, & Ruinus *conſil. 157. num. 6. vol 4.* Roma. *ſing. 178. Quoties.* Marſil. *ſingul. 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles.* Alex. *conſil. 122. vol. 5.* Socin. *conſ. 29. viſis, vol. 4.* Et ſic emptor ſecundus, cui res tradita fuit, præfertur priori emptori. Socin. *lit. E. reg. 9.* Et Alphon. *collect. an. 189* Et ratio dictæ regulæ videtur iſta: quia dominium regulariter non poteſt in alium transferri aliter, quam per traditionem, *l. traditionibus. C. de pactis.* Igitur ex duobus emptoribus, is potior cenſebitur, quo ad dominii acquiſitionem, & retentionem, cui res prius tradita fuit, licet in contrahendo poſterior fuerit. *l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publicia. & l. ſi ea res. §. fin. ff. de ac. empt.* huiuſmodique rationem tradit Gloſſ. & omnes Scriben. communiter, vt refert ibi Iaſ. *in d. l. quoties, nu. 4. in fine.*

Sed clauditur hæc † regula primum & non procedit, ſi res ipſa eſſet vendita duobus, quorum prior Eccleſia, vel Ciuitas eſt, in quas (nota) ex priuilegio, dominium abſque traditione transfertur, iuxta *l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.* hoc enim caſu, prior iſte emptor, Eccleſia, vel Ciuitas, præferendus eſt, etiamſi alteri poſtmodum res vendita, & tradita fuerit, ſecundum Ioan. And. Abb. & omnes *in c. cum contrahebatur, de his quæ fiunt à præla.* Gloſſ. Bar. & alios, *in d. §. ſi duobus*, & omnes *in d. l. quoties*, vbi Iaſ. *num. 4.* ſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & Moder. *in l. qui duobus. ff. de falſis*, quam communem ſequitur Rom. *conſil. 298. circa præmiſſam dubii conſultationem.* Panor. *conſil. 91. num. 7. lib. 1.* & Guzad. *conſ. 13. nu. 13.* & Marſil. *ſing. 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitationes.* Adde And. Gail. *lib. 2. obſ. imp. Cam. obſer. 55.* vbi limitat *poſt nu. 6.* Com. opin. 2

Interpretatores etiam † ſecundo loco præfata regula, vt non procedat, quando Princeps venderet, vel donaret eandem rem duobus hoc enim caſu præfertur primus emptor: quia ex ſolo contractu, ſeu donatione Principis transfertur dominium, ſecundum Ioan. And. *in c. olim. de verb. ſign.* Aret. *in l. 3. colum. 2. ff. de acquir. poſſ.* Ang. *in l. officium. ff. de rei vendic.* Bal. & Iſer. *in c. 1. §. inueſtitura, nu. 2 de noua forma fidelit.* Doct. omnes *in d. l. traditionibus.* Roman. *in d. conſil. 198.* Abb. *conſ. 94. colum. fin. vol. 2.* Alex. *conſ. 187. colum. fin. lib. 2. conſil. 5. num. 7. volum. 5.* Iaſ. *in d. l. quoties, nu. 10.* qui dicit dictam opinionem non habere contradicentem, & Pariſ. *conſil. 2. num. 58. vol. 2.* dicit communem, & Doct. *in d. l. traditionibus.* 3

Limitatur prædicta regula tertio, † vt non habeat locum, ſcilicet in Eccleſia, & eccleſiaſticis perſonis, vendentibus eandem rem duobus: quia tunc primus emptor ſecundo præfertur, etiamſi traditio realis facta fuerit ſecundo prius, quam primo emptori, ſecundum Hoſt. & Io. And. *in d. c. cum contrahebatur.* Roma. *in d. conſ. 198. & in auth. ſimiliter C. ad legem Falcid.* & Marſil. *in ſing. 81. & in d. l. qui duobus, num. 3.* In contrariam vero opinionem inclinauit quod præferatur in iſto caſu primus emptor, Ant. de But. Cardin. Florent. Aochar. & Abb. *in d. c. cum contrahebatur.* Barto. Soc. *conſil. 29. lib. 4.* Iaſ. *in l. fin. n. 29. C. de ſacroſ. eccleſ. & in d. l. quoties num. 20.* vbi aſſeuerat, hanc eſſe communem opinionem, & Alex. quoque *conſil. 122. lib. 5. colum. 2.* Pariſ. *in d. conſ. 21. nu. 20.* 4

Fallitque ſimiliter † vt non procedat, quando ſecundus actor bonam fidem habet: nam ſi ſecundus emptor ſciens fuerit venditionis, primo loco alteri factæ eiuſdem rei, licet eidem tradita ſit cum fraude, tamen per primum emptorem res ipſa ab eo reuoca- 5

vocabitur, & euincetur per actionem in factum præſcriptam, competentem ad reuocandum [illegible] fraudem, ſecundum Gloſſ. communiter approba- [illegible] *ab abſenti, de præben. lib. 6.* Bald. *in rubr. C.* [illegible] *an his quæ in fraud. cred.* Gloſſ. Alber. Salicet. & *al. num. 16. in d. l. quoties*, Marſil. *in d. l. qui duobus, nu.* 10. & iſtam limitationem ſequitur quoque cum aliis fere innumeris relatis per eum. Tiraq *in tract. de iure conſtituti poſſeſſ. 1. part. in princ. num. 10. & ſequent.* vbi firmat, illorum ſententiam eſſe communiorem.

6 Fallit etiam poſtremo, † ſi venditor conſtitueret ſe in prima venditione, precario nomine primi emptoris poſſidere: hoc enim caſu, etſi poſſeſſionem corporalem, actualem, & realem non tradiderit primo emptori, ſi deinde vendiderit, atque tradiderit alteri poſſeſſionem eiuſdem rei, nihilominus ob huiuſmodi precarii, & conſtituti clauſulæ adiectionem, erit potior primus emptor, ſecundum Bald. *conſ. 306. venditor conſtituit, volum. 4.* Ioan. And *in addit. Specul. in titul. de empt. & vendit. in §. ſecundum, colum. 16.* & Marſil. *in d. ſing. 82. in 3. limitatione.*

In contrariam vero partem, videtur inclinare copioſe Rota, ſeu Conſilium Neapolita. teſte Affl. *d. deciſ. 40.* Sed aduerte, quia ibi aderat, & probata fuit ſimulatio primæ venditionis, per pactum de retrouendendo, modicitatem pretii, & poſſeſſionem 40. annorum, & ſic præſcriptionem, ideo non mirum, iſtis concurrentibus, ſi Conſilium determinauerit, eſſe præferendum ſecundum emptorem, primo, non obſtante clauſula precarii, & conſtituti in eius fa-

7 uorem concurrentia. Quoniam † dominiũ ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſſio ciuilis per precarium, ſecundum Bal. *in l. ex teſtamento C.*

8 *de fideicommiſſ.* Vbi concludit, † quod ſi non valeat contractus, nec teneat precarium, & ſequitur Affli. *in d. deciſ. 40. num 17.* Alexan. *in l. 1. § ſi vir, colum. 2. ff. de acquiren. poſſ. ff.* & Curt. Sen *conſil. 70. ſub num 2.* vbi iſti hoc appellat Alex. aureum, idcirco redditur veriſſima prædicta vltima limitatio: Nec ei obſtat memorata deciſ. Neapo. per relatas rationes, & authoritates. Et in ſumma limita hanc eandem regulam, quando venditor obligat ſe, & bona ſua, in inſtrumento vendit. prout fit quotidie, hoc caſu, primus & non ſecundus præfertur. Bal. *in rubr. C. de reuoca. in quæ in fraud. cred.* prout ipſum reſtit. Soc. *reg. 9. fall. 3. litera E. Emptorem.*

OPINIO MXXX.

SVMMARIA.

1 *Vſurarius, vel ſimulatus contractus, vt dicatur, quid requiratur.*

2 *Inſtrumentum, ſeu contractus celebratus ab eccleſia, in quo interuenit modicitas pretii, & pactum de retrouendendo, non præſumitur vſurarius. Idem procedit in contractu cum muliere & ruſtico celebrato, numer. 3.*

4 *Actori, proponenti pactum de retrouendendo, læſionem in pretio, & ſimulationem contractus, an obſtet exceptione rei iudicatæ.*

5 *Pactum de retrouendendo poſt triennium non facit contractum ſimulatum, niſi in facto fœneratorio.*

1 CONTRACTVS emptionis, † & venditionis, vel alius ſimilis contractus, vt dici poſſit fœneratitius & vſurarius & ſimulatus, requiritur neceſſario probari tria, modicitas, ſeu inuiuitas pretii, pactum de retrouendendo, & conſuetudo fœnerandi, vel quod emptor [illegible] ſolitus fœnerari & concurrentibus iſtis tribus, contractus [illegible] candus eſt [illegible] latius, nec duo ex iam dictis ſufficiunt al[illegible] quo [illegible] ad probandam ſimulationem, vt voluit Bal. *in c.* [illegible] *de feud. dato in vicem legis commiſſ.* Archid. *in c. quia plerique 14. q.* [illegible] Io. And. *in c. illo vos, de pigno.* Iac. de Aret [illegible] Salicet. & alii, *in l. in emptione C. plus valere quod agitur* Cardin. & An[illegible] har. *in c. ad noſtram, de empt. & vendit.* Gozadin. *in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* alios referens Cagnolus *in repet. l. 2. C. de reſcin. vend.* & iſtam opinionem [illegible] eſſe communem Aleſan. *conſil. 1*[illegible]*9. colum. fin. vol. 4.* Dec. *conſ 167* Grammat *in conſ 16 num. 26. & ſequent.* & Caſſador *deciſ 1. num* [illegible] *in titul. de vſuris*, & ſequitur, & memorat eſſe magis communem Gratus, *conſil. 11 quæritur, an* [illegible] *Doctor, num. 14. & ſequent. lib. 2.* & ita conſuluit Boetius *conſ 12.* & Alex. de Neuo *conſ. 95. nu. 21*

¶ In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod contractus ſit iudicandus fœneratitius ſolummodo ex duobus, ſcilicet ex pretii modicitate, & pacto de retrouendendo, abſq; eo, quod emens ſit [illegible] fœnerari, inclinauit Gloſſ. *in c. conqueſtus, de vſuris & in d. c. ad noſtram.* quam ſequitur ibi Innoc. Hoſtien. Ioan And. de Imol. Burr. Abb. Bal. Alberi. Paul C[illegible] & Fulgoſ. *in d. l. in emptione.* vbi aſſeuerant, p[illegible] cum opinionem eſſe communem, & Alex. reuo[illegible] do iudicium in melius *conſ. 120 volum. 4. & in* [illegible] *4.* *in princ. volum 3.* vbi dicit aperto ore, hanc partem eſſe magis communem, & Boet. *deciſ 182 num* [illegible]. & ita, vigore dictæ ſecundæ, & vltimæ opinionis magis communis, voluit Sacrum Conſilium Neapol. teſte Afflicto *deciſ. 65* & Grammat. *in pract. deciſ.* [illegible] *cum aliis ſeq* & Rota Rom. vt refert Caſſadorus *in deciſ. 1.* & ita conſuluit quoque Granet *conſ. 150. nu* [illegible]. & iſta eſt veriſſima, canonica, & magis communis opinio, & obſeruanda in practica, vt atteſtatur Iac *in l. rogaſti, §. ſi tibi dedero ff. ſi certum petat.* & Affl *d. deciſ. 40 ſub nu 17. & ſequent.* pro qua ſemper intrepide iudicarem, & conſulerem, caſu eueniente, & ſecundum eam conſuluit etiam eleganter & docte Marc Ant. Natta *conſ. 193. viſo, & bene conſiderato themate, volum 1* & iudicauit Camera Imperialis, teſtante Ioach. Mynſing. *in obſer. 62. cent. 3.* Et hanc vltimam opinionem tenuit Rom. *conſ. 423. nu. 14* vbi Horat M[illegible] doſ. *in add.* planum quoque facit illam paſſim in Rota Romana ſeruari, ac eſſe pariter animæ ſalubrem.

Iſtam vero † opinionem ita retentam, limitat Alciat. *conſ 40 num 3 tomo 1. lib. 1. fol. 1*[illegible]. non procedere, cum inſtrumentum, in quo interuenit p[illegible] et modicum, & pactum de retrouendendo, eſt ce[illegible] cum Eccleſia, ſeu viris eccleſiaſticis, quia [illegible] non præſumitur fœneratitium. 2

Item limitarunt eadem † communis in muliere, & ruſtico, quarum perſonarum ſimplicitas dolum præſumptionem tollit, ac penitus excludit *l.* [illegible] *§ fin. ff. de eden. & l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium iudicum*, & firmat i Doctor. *in locis præcitatis* Fulgo *in l. cum allegas. C. de vſur* Et Curt Iun. *in l.* [illegible] *maior* [illegible] vbi etiam ſublimitat in ruſtico quadrato, *C. de in*[illegible]*nellis.* 3

Concludit etiam † præmemorata commun[illegible], quod actori proponenti pactum de retrouendendo, læſionem in pretio. & ſimulationem contractus, obſtet exceptio rei iudicatæ, quia ad ſimulationem, ſed audiri debeat ſuper [illegible] ſimulatione; Contrarium, quo ad pactum de retrouendendo, & læſionem, eidem act[illegible] non obſtitiſſe, nec obſtare exceptionem præ[illegible] & m 4

ter im-

iudicatæ, ſecundum deciſionem Rotæ Romanæ, ... ibi, die 2. Octobr. 15.. citatam que per D. meum Oradinom, in ſ. decisionibus, deciſ. 267.

3 Poſtremo coarctamt † quoque eadem commu... vt pactum ipſum de retrouendendo poſt tempus, non facit contractum ſimulatum, niſi in facto fœneratorio, ita Moheda, deciſ. 157.

OPINIO MXXXI.

SVMMARIA.

1 *Verba intelligenda, & interpretanda ſunt ſecundum ſubiectam materiam naturam rei & contractum, non autem ſecundum quod ſimpliciter proferuntur.*

2 *Contractus mens potius, quam verba attendi debet.*

3 *Verbum* Emo, *interdum ponitur pro* conduco, *& verbum* pretium, *pro* mercede.

4 *Verbum,* commodum, *aliquando ponitur pro* precario.

5 *Verbum,* vendo, *ponitur, & accipitur pro* permuto.

6 *Monialis Titio relinquens in teſtamento propr. etatem, vſumfr. reliquiſſe cenſetur.*

7 *Verba interpretantur ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam diriguntur, eiuſq. exemplum, nu. ſeq.*

9 *Verba licet præciſa, recipiunt interpretationem, ſecundum ſubiectam materiam, & a mente proferentis regulantur, nu. 1.*

11 *Dictio,* mox, *accipitur ſecundum ſubiectam materiam diuerſimode.*

12 *Dictionis* illico *&* in continenti, *quomodo intelligantur.*

1 VERBA in dubio † interpretanda, & intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam materiam, & rei naturam, & contractum, qui geritur, non autem ſecundum quod ſimpliciter, & nude proferuntur, *l. ſi fine. & ibi* Bartol *ff. locati, cum alijs iuribus vulgaribus,* ex quibus ita concludit Alexan. *conſil. 5. vol. 4.* Bald. *in l. 1. colum. 4. ff. commodati,* Paul. Caſtren. *in l. Ariſto. poſt princ. ff. de donat.* Aret. *conſil.* 160. *in 6. dubio, & 163. in am. fin.* Roman. *conſil.* 88. *ait. & ſequent.* Soc. *in l. 2. colum. fin. ff. ſi cert. petat.* Riminal. *in l. 1. colum. 1. & ſequent. de iuriſd. omn. iudic.* Alexan. *conſil. 57. vol. 2. 108. & 120. vol. 3. & conſil 55. colum 4. vol 4. conſil 179 viſo proceſſu inter magnificam nobilem Conſortem, nu. 12 volum. 5. & in l. 2. col. penult. & ſequent. ff. de vulg.* Ruin. *conſ. 55. ſuper eo, de quo quæritur, num. 3. vol. 1.* Dec. *in c. cum parati, colum. 2. de appellat. & conſ.* 120. 16.. 164 & 580. *colum. fin.* & Felin. *in c. nam concupiſcentiam, col. 1. de iuriſd omn. iudic.* Ozerius *in §. alienus, nu. 4. inſtit. de hæred. inſtit.* Neuiza. in *Sylua nuptiali, lib. 1. nu. 132* Marſil. *ſing* 510. *Verba in dubio.* Corn. *conſil. 21. nu. 7 vol. 1. conſil. 12.. num. 11. eod. vol. conſil. 63. num. 3. vol. 2. conſil 205 num. 15. eod. vol. & conſ. 25. num. 8. vol. 5. & conſil. .. nu. 16. eod vol.* & Ripa *in l. 2. §. voluntatem. nu. 7. ff. ſol. matrim.* quamuis eſſemus in materia, in qua fieret ſtricta interpretatio, prout loquitur Alex. *in d. conſ. 5.* & ſequitur Dec. *conſil. 288. colum. 2.* & Marſil. *in d. ſing. 510.*

2 Vnde concludendum eſt, † quod in contractibus magis attendere debeamus mentem, quam verba, tex. in l. *fin.* & ibi not. Bal. *C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & Glo. *in l. blanditus C. de fideiuſſ.* Nam verba ſeruiunt intentioni, non autem intentio verbis, *c. intelligentia. de verb. oblig. cum ſimilibus,* & vide Corn. hoc profuſe & eleganter decitantem, *conſil* 81. *in primo vol.* Et ſic verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, etiam contra propriam eorum ſignificationem.

Et hinc eſt, quod verba neceſſitatiua, ex ſubiecta materia, intelligantur de honeſtate, vt per Gloſſ. *in Clem. attendentes, de ſtat. monach. & in c. 1. de diſpenſ. impub.* & per Bart. *in l. creditores. C. de pignor.* Et verba rogatiua, verſa vice important neceſſitatem. *c. rogo,* vbi Gloſſ. *1. q. 3.* & Gloſſ. *in l. 1. ff. quod iuſſu.* & vide aliquid per Abb. *in tract. Concil. Baſil. in primo dubio, colum. 10.*

3 Et hoc adeo verum eſt, † vt Bart. *in ſua diſputatione, incip. Publicaum.* concludit, & firmat, vt verbum, *Emo*, intelligatur pro *conduco*, & verbum, *Pretium*, pro *mercede*, & hoc dictum Bart. ſequitur Alex. *conſil. 1.. colum. 2. vol. 3.* & Socin. *conſil. 88. colum. 2. volum. 1.* vbi profert cum Bart. omnes Doctor. communiter ita ſentire, & in effectu iſta eſt magis communis opinio. Et hinc † aſſerebat Bal. *in l. 2 C. commod.* quod verbum *Commodum*, ponatur *pro precario*. Et idem *in l. 1. C. de rerum permut.* quod verbum, *Vendit*, ponatur pro *permutauit*. Aſſerebatque ad † idem propoſitum Cardin. *conſil. 17.* quod ſi monialis in teſtamento dicat; *relinquo Titio proprietatem talis rei*, exponatur, id eſt, vſumfructum, & ſequitur Felin. *in c. in tantum, de ſima.* Et aſſerebat † denique Abb. *in c. 1. de ſtat. monach. colum. 2.* quod ſi profitens dixerit, *reſeruo mihi proprietatem talis rei*, exponatur, id eſt, vſumfructum: & ſic veriſſimum eſt in prædictis caſibus, & in aliis ſimilibus, quod ſecundum ſubiectam materiam verba interpretentur, & recipiant interpretationem & declarationem. 4 5 6 Com. opin.

Et verba etiam intelliguntur, † & interpretantur ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam diriguntur, *l. plurium. §. equites. ff. de vſu, & habit. & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de verbor. obligat.* vbi Iaſ. *in 6 not.* plura congerit. Et facit ad † propoſitum deciſio Bal. *in l. libertis, libertaque, colum. 6. C. de operis libert.* dicentis, ſi Princeps præconizari faceret, quod quilibet debeat comparere cum armis, ad faciendum oſtentationes, ſeu moſtras, quod tunc quilibet debeat, ac teneatur comparere ſecundum qualitatem ſuam, eques cum equo, & baliſtarius cum baliſta, & ſimilibus. 7 8

Imo verba † quantumcunque præciſa, recipiunt ſubconditionem, & interpretationem ſecundum ſubiectam materiam, ſecundum Ruin. *conſil. 8. num. 11. volum. 5.* per Gloſſ. *in l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de ver. oblig.* Et conſequenter † verba licet præciſa, interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur, Iaſ. *in l. 1 colum. 4. ff. de leg. 1.* & Gloſſ. eſt *in d. l. ſtipulatus ſum Damam, in ver. Stipulatus ſum contentus.* Pariſ. *conſil. 5 num. 61. volum 3.* & Dec. *conſil. 356. colum 2.* poſt Bald. *in l. fin. C. de contrahen. empt.* 9 10

Et ſic † dictio, *Mox*, ſecundum ſubiectam materiam diuerſo modo etiam accipitur, Aliquando pro ſpatio decem dierum. *l. ad peremptorium, in fin. cum l. ſequent.* & ibi Angel. *ff. de iud.* Quandoque capitur pro curriculo, ſeu ſpatio duorum menſium. *l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic.* Aliquando capitur vſque ad annum *c. ſi tamen qualibet.* & ibi Gloſſ. *11. q. 11. & c. longinquitatem 12. diſt.* Aliquando capitur *Mox*, id eſt, anno ſequenti. *l. ſed & ſi quis. §. ſi operat. cum ſequent.* iuncta Gloſſ. *in ver. Mox. ff. de vſufruct.* Aliquando ſignificat tempus incertum, arbitrio iudicis ſtatuendum, *l. ſi is à quo. in princ. ff. vt in poſſ. leg.* Aliquando denique, dicitur fieri ſtatim, & in continenti, vſque ad ſex menſes, ſecundum Bar. *in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata.* 11

Necnon dictio *ilico*, † idem ſignificat, quod intra tres dies. *l. fin. ff. de iudicijs*, ita vt dictio hæc *ilico*, ſeu *in continenti* intelligatur intra terminum conſuetum, ſecundum Gloſſ. *in c. cum dilectus. in ver. in continenti, de ord. cognit.* & Doct. omn. *in c. ſinem litibus, de dolo* 12

& contra eſt nihilominus bene verum, quod etiam dicatur non in continenti, ſecundum quod communiter fieri poteſt ex qualitate perſonarum, & rei, ſecundum Barto. & Angel. *in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armat.* & Ioan. de Imol. *in l. 1. §. 1 ff. de verb. obligat.*

OPINIO MXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Verba adiecta ſimpliciter in inueſtitura feudi*, pro ſe, & hæredibus maſculis, pro liberis, & deſcendentibus, *quomodo intelligi debeant.*

1 VERBA appoſita, † ſeu adiecta ſimpliciter in inueſtitura feudi, *pro ſe, & hæredibus maſculis, pro liberis. & deſcendentibus*, accipiuntur, intelligique debent abſque eo, quod vltenus habeant ius, & nomen hæredis: & ſic per huiuſmodi verba, vocantur filii, & deſcendentes, etiamſi non ſint hæredes, ſecundum Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de teſtam. in rub. in fin.* Bar. Bal. *colum. fin.* & Alex. *col. 3. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſth.* Ray. de For. *in diſput. exordiente. Quidam habebat duos filios.* Dec. *conſ. 208. ſub nu. 11. conſ. 175. nu. 5. & conſ. 395.* vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & *in c. præſentia de probat.* Coro. *conſ. 199. colum. 12. vol. 2. & conſ. 164. colum. 1. volum. 3.* Iaſ. *in d. §. etiam, col. 4.* Curt. Sen. *conſ. 25. colum. pen.* Lanten. Calcan. *conſ. 78. num. 5.* Soc. Iun. *conſ. 79. num. 6. volu. 4.* & inſignis Doctor, & concīuis meus Ioſephus de Ruſticis *in tract. de conditioni, ſi ſine liberis deceſſerit, in 4. part. c. 1. nu. 5.* Et licet Sigiſmun. Loffredus conſulendo, & doctiſſimè quidem, *conſil. 1. per totum.* videatur tenere contrarium, tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli recedere à dicta communi, quæ veriſſima, & tutiſſima redditur ex ſcriptis memoratorum ſcribentium.

Cōmu. opin.

OPINIO MXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Verbum*, Promitto, *prolatum in ſcriptura publica, ſiue priuata, an ſtipulationem importet, & actionem producat, & an ex eo præſumatur præſentia & colloquium vtriuſque partis, nu. 2.*

1 VERBVM, *Promiſit*, † ſi ſimpliciter prolatum, in aliqua ſcriptura, ſiue publica, ſiue priuata, denotat in dubio ſtipulationem in vtraque ſcriptura, & ſic verbum *Promitto*, redactum in ſcripturam publicam, vel priuatam, denotat ſtipulationem, ſecundum Scribentes omnes *in rub. ff. de verbor. obligat.* vbi etiam Iaſ. *in 1. not.* admonet iſtam eſſe communem opinionem, & Lancil. Galiaul. *in d. rub. eod. tit. nu. 28.* Et ex hoc infarunt Ang. Paul. de Caſtro *in d. §. idem reſpondit*, ad caſum vtilem, & quotidianum, videlicet, quod ſi aliquis mercator, vel alius quilibet per ſcripturam priuatam aſſereret, ſe debitorem alicuius ſummæ, erga aliam perſonam, & promitteret ſe eam ſummam ſoluturum, cenſeatur facta promiſſio, interueniente ſtipulatione, & ſit efficax ad agendum.

2 Imo fortius volunt † Doctor. *in d. §. idem reſpondit, per text. ibi*, quod ſtante verbo, *Promitto*, in ſcriptura publica, vel priuata, præſumatur præſentia, & colloquium vtriuſque partis ſimul, de quo dicendum & diſtinguendum eſt, vt per Ioan. Imol. Aret. & Iaſ. Qui Are. etiam, poſt Caſtren. idem concludit de verbo *Inueſtio*: vt ibi per eum.

OPINIO MXXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Verba*, prout tibi placuerit, *item*, liberam [illegible] tem. *& committimus tuæ iudic*[illegible], *item*, [illegible] l us tibi videbitur, & placebit. *an liberam ſolutam poteſtatem, vel reſtrictam ad arbitrium [illegible] viri importent, nu. 2. & 3*

4 *Verba*, prout tibi libuerit, *vel*, prout vo uerit, *important liberum arbitrium. & nu. 5.*

VERBA hæc prolata per aliquem, † in quacunque commiſſione, alteri tradita, *Prout tibi p*[illegible] *cuerit*, non important liberam, & abſolutam poteſtatem, ſed arbitrium boni viri [illegible] ſic de arbitrio viri, & non aliter intelligi debent, text. eſt in [illegible] *cum, de fideicom. lib.* & ibi Bar. & clar. us in l. [illegible] *§ ſororem, eod. tit. & conſil. incip. Bictonienſis quidam habens bona communia.* Coro. *conſil.* [illegible] *b num. 14 conſil. 221. num. 28 volum.* [illegible] *& conſi*[illegible] *2. num 12. volum. & conſil. 76. num 5. volum.* [illegible] Bal. *l. fin. § communia de legat.* Affl. *& de.*[illegible] *ſub num. 4.* [illegible] tur iſtam eſſe communem opi[illegible]nem, [illegible] etiam Felin. *in cap. 1. de conſti*[illegible] *ſub num.* [illegible] verba, *Liberam facultatem*, [illegible] nent, & clauſulis inſertis in reliquiis [illegible] *Committimus iudicio tuo, Pronuncies ſecundum ſenſum tuum*, & de [illegible] tis aliis per ordinem, vſque ad ver. *Primum e*[illegible], *quod verba importantia.*

Imo verba, † *Sicut melius tibi videbitur, & placebit* [illegible] liter arbitrium boni viri important, non autem liberum arbitrium, & voluntatem. [illegible] *fideicommiſſa* [illegible] *quæ. ff. de leg. 3.* & per Bar. *in extrauag. ad reprimen*[illegible]*um, in ver. Videbitur. & in l. Lucius. ff. mand.* Corn. [illegible] *num. 14. volum. 1. conſil. 1*[illegible] *nu 4. & conſil.* [illegible] *21. nu*[illegible] *volum. 2. & conſil. 194. num.* [illegible] *& conſil. 3*[illegible] *2. volu. 4.* Bar. & alios, & præter [illegible] *ſi*[illegible] *ff de leg.* [illegible] A[illegible] *in d. deciſ 91. num. 5.* So[illegible]. I[illegible]n. *conſil. 16*[illegible] *num 5 volum 2.* & Bertran *conſil. 303. viſis* [illegible] *in caſibus, num* [illegible] *volum. 4 & conſil. 10. viſo publico inſtrumento* [illegible] *num*[illegible] *volum. 6.* Verba [illegible] † *Prout libuerit* [illegible] *tuendi*, non important aliter arbitrium boni vi[illegible], [illegible] ad arbitrium liberum exteduntur [illegible] *deicommiſſaria libertas, & l. 2. ff. de fide*[illegible] *ff.* [illegible] B[illegible] *ff. de alimenta.* [illegible] *Bar. legat.* [illegible] *d. conſ. 92 ſub* [illegible] & Alex. *in l* [illegible]

Similiterque verba, *prout voluerit* imp[illegible] iam liberam v[illegible] [illegible] *& ibi* Bar. *ff de l. 2.* & Bertran. *in d.* [illegible] *nu. 9 vol. 6*

OPINIO MXXXV

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, Conuenit. *poſitum, vel prolatū in inſtrumento, an ſtipulationem vel pactum importet.*

VERBVM, † *Conuenit*, appoſitum, vel prolatum in inſtrumento, non impedit ſtipulationem [illegible] cundum Bar. *in l. lecta. ff. ſi cert. pet.* cuius opinionem fatentur eſſe communem Ripa *ibid. nu. 1*[illegible] & D.P[illegible] tanus Perinſinus, *nu. 2.* & Marcel Bert[illegible] *rub* [illegible] *de verb. oblig* & Cremen. *ſing. 119.* Et licet Ia[illegible] *in d. l. lecta.* & Fortunius Garzi. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* audacter [illegible] tenent, aliam ſententiā contra Bar. eſſe [illegible] [illegible] prima tamen opinio [illegible] detur eſſe m[illegible] vt per Ripam *in d. rub. ff. de verb. ob*[illegible] quam veriſſima, limitatur prīmum [illegible] quando dictum verbum *Conuenit*, reperitur apud acta: tunc enim [illegible] iudic[illegible] importat ſtip[illegible] nem, non autem [illegible] ſecundum [illegible] *ſtitu. nu. in 2 hic ff de ver. oblig.* cuius d[illegible] ctum [illegible] gulari & peregrino recenſuit Cremenſis *ſing.*

Secun-

¶ Secundo etiam coarctatur, quod verbum, *Confitetur*, in dubio non importet ſtipulationem, niſi profertur interrogatiue, vt per Zaſium, *in d. rubr. ff. de verb. obligat.* puta, *habeo hoc à te.* & Soc. *loco, de quo ſupra, nu. 16.* & Alciat. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* Sed tamen contra hoc tenet Azo. *in ſumma, vel in rubr. C. de inutil. ſtipul.* At magiſter meus, D. Reſtaurus Caſtaldus Peruſinus, cum publice interpretaretur *d. rub. ff. de verb. oblig.* admonebat, aſſerebat veritatem eſſe contra Azonem, & eius lecturam ibi eſſe corruptam.

OPINIO MXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Verbum,* Promitto, *in inſtrumento an pactum, vel ſtipulationem importet.*

2 *Inſtrumenti appellatione an veniat ſcriptura priuata, & teſtes.*

1 VERBVM, *Promitto,* † redactum in inſtrumento, ſeu ſcriptura, importat ſtipulationem, *§. ſi ita ſcriptum. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & hæc eſt communis opinio Gio. Bart. cæterorumque, *in l. 1. de contrah. & committ. ſtipul.* Bartol. Fulgoſ. Alex. & Dec. *in l. lecta. ff ſi cert. petat.* vt fere omnes atteſtantur, *in rubric. ff. de verb. oblig.* Caccialupus *in tract. de pact. q. 4. nu. 1. cum ulim ſequent.* Cagnolus, *nu. 88. & late per duas col. in d. l. lecta.* & Modet. Hiſpani, *in l. iurisgentium. ff. de pactis, in prin.*

¶ Imo ampliatur dicta communis non ſolum procedere in ſcriptura publica, ſed etiam in priuata, vt in apodiſſa, & ſuper hoc eſt aliqualis controuerſia inter Doctores, ſed communis concluſio Doctorum eſt, ſecundum Marcellum Berincutium, *in rubr. ff. ſi cert. petat.* quod idem ſit quod in ſcriptura publica. & de iſta communi opinione atteſtatur etiam Io. Bapt. Caccialup. *in tract. de pact. in 4. q.* & Modern. Mediolanenſes, *in l. 1. num. 31. ff de verb. obligat.* Contrarium tamen tenuit Socin. Sen. *conſil. 167. præſens, lib. 2.* & Iacob. Bauer. *in l. 1. C. de contrahen. & committ. ſtipul* vbi ait quod Scriptura priuata faciat fidem ſi fiat à perſona non indocta; ſecus ſi fieret à mercatore Soci. Iun. *conſil. 131. lib 3. iam dic.* Vbi dicit, quod §. *ſi ita ſcriptum.* non habeat locum in ſcriptura facta à
2 mercatore. Et nota, † cum eris iudex, an inſtrumenti appellatione veniat ſcriptura priuata, & an veniant teſtes, quod ſit facienda diſtinctio, an ſimus in odioſis, vel in fauorabilibus, & de hoc vide Dec. *in c. 1. de fide inſtrum. & Clemen. 1. de procur. in termino, & l. 1. C. de iur. calum.* videlicet, quod in fauorabilibus, appellatione inſtrumenti, veniant teſtes, & priuata ſcriptura, alias ſecus in odioſis.

¶ Sed claudicat primo dicta communis concluſio, vt non procedat in teſtibus, deponentibus aliquem promiſiſſe: tunc enim expluratiſſimum eſt, verbum prolatum à teſtibus non importare ſtipulationem, ſed pactum nudum, ſecundum communem opinionem omnium Doctor. *in l. ſtendum. ff. de verb. oblig.* quam allegat nouiſſime, vltra alios, Marcellus Berincutius, *in rub. ff de verb. oblig.* & ſequitur Caccialup. *in tract. de pactis, in 4. q. nu. 4.* & alii Doct. aggregati per Vrſillum *in add. Afflict. in deciſ. 120. nu. 1. & ſeq.* Verum, in Sacro Regio Conſilio Neapol. deciſum fuit contrarium, ſecundum Afflic. *in d. deciſ. 120.* videl. quod verbum, *Promiſiſſe*, à teſtib. prolatum, importet ſtipulationem, vel pactum nudum, cum ex vtroque, præſertim in prætorio Principis, & domini Regis noſtri agi poſſit: & ſic Sacrum Regium Conſilium Neapo. poſſet cogere promiſſorem ad obſeruantiam promiſſionis nudo pacto factæ. Et dictam deciſionem amplectitur poſt Bal. Vrſillus *in add. Afflicti, in d. deciſ. 120. num. 2. & ſeq.* & videtur optime fundata, vt diſcuſſimus ſupra *in Opin. 370. li. 2. fol. 119. Pactum nudum non producit, poſt prin.*

¶ Limitatur ſecundo loco, quod verbum, *Promitto*, poſitum in inſtrumento, importet ſtipulationem, quando ſunt verba de præſenti, ſecus ſi de præterito, ſecundum Salic. *in l. 1. C. de contrah. & committ. ſtipul.* Tertiam vero limitationem tradunt Moderni *in d. l. ſtendum*, quando teſtes dicunt, *talis promiſit Titio præſenti*: nam tunc importat ſtipulationem: ſecus ſi non apponerent illud verbum *præſenti*, vt per Afflict. *deciſ. 120.* Sed contra hoc facit Gloſſ. communiter approbata, *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.*

OPINIO MXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,* Rei, *capitur generaliter, & comprehendit quaſcunque res, & actiones, excepto libero homine.*

2 *Statutum ordinans, quod de qualibet re ſoluatur gabella non habet locum in libero homine, nec in animali mortuo, nu. 3.*

VERBVM, *Rei*, † capitur generaliter, & comprehendit bona, iura, ſpecies, & ſeruos, & alias quaſcunque res, ſecundum Dec. late, *in l. 1. ff. ſi cert. petat. num. 7. & ſequent. in 2. lect.* & vltra eum probatur hoc *Inſtit. de rerum diuiſ. in princ. & Inſtit. de rebus corpor. & incorpor.* vbi hæreditas, vſusfructus, obligationes, & actiones, veniunt appellatione rerum. 1

¶ Sed tamen aduertendum eſt, quod non comprehendantur liberi homines appellatione rerum, *l. 1. ff. de ſtatu hominum, cum aliis concordantibus relatis* per Dec. *in l. 1.*

Inde Niger, † ſumpta occaſione *ibi*, infert ad quæſtionem de ſtatuto, diſponente, de qualibet re ſolui gabellam, quod non habeat locum in libero homine, vt de eo non ſoluatur gabella, quem ſequuntur communiter Modet. *in d. l. 1.* vt ponit expreſſe Bolognettus *ibi nu. 26* licet ipſe contra huiuſmodi dictum nonnulla ſatis vrgentia opponat. 2

Adde quod nec tale † ſtatutum habeat locum in animali mortuo, vt pro eo ſoluatur gabella, Bart. *in l. cum de lanionis. ff. de fund. inſt.* vt refert Sebaſt. Med. *in tract. mons omnia ſoluit, concluſ. 9. nu. 22.* 3

OPINIO MXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Verba enunciatiua & narratiua principaliter, propter aliud prolata, regulariter nihil operantur. Semiplenam autem probationem factam in fauorem tertii, nu. 2.*

3 *Verba enunciatiua, fauore piæ cauſæ prolata, diſponunt. Similiter, verba iurata, nu. 4.*

5 *Verba enunciatiua, prolata à patre naturali, præſente filio naturali, quod de ſui licentia filius ſit legitimatus ſtandum eſt non obſtante aliquo præiudicio patris.*

6 *Scripturam producens in iudicio videtur fateri omnia contenta in ea, & pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis.*

7 *Verba enunciatiua diſponunt in actoꝛatſibus, remiſſiue.*

8 *Verba enunciatiua prolata inter partes plene probant, etiamſi diſputetur de enunciato, limitatur nu. 9.*

10 *Inſtrumentum in quo fit mentio alterius inſtrumenti, an tanquam liquidum præſentari poſſit ſecundum formam Ritus magna Curia, Et an verba enunciatiua, & relatiua in inſtrumento probent, & quomodo, & nu. ſeq.*

12 *Relatum cũ omnibus ſuis qualitatib. in referente eſſe debet.*
13 *Mandatum procuratoris, an per ia probetur, quod in inſtrumento venditionis ſcriptum ſit, procuratorem habuiſſe mandatum, idq; oſtendiſſe teſtibus & Notario, qui id legerint. Et quid ſi totus tenor mandati inſtrumento inſertus ſit, nu. 14.*

1 VERBA enunciatiua † principaliter propter aliud prolata, regulariter non diſponunt, & nihil operantur. *l. ex his verbis. C. de teſta.* vbi Glo. & Doct. *in l. 1. in Glo. magna. C. de falſ. cauſ. adiect. & c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Sicut neque narratiua, ita Alex. *ibi* Dec. & alii omnes *in l. licet. C. de pact.* Gloſſ. *in l. 1. C. quando non pet. par.* Gomeſi. *inſtit. de act. in rubr. num. 9.* & Iaſ. *in l. 1. in 4. notab. ff. de offi. conſ.*

2 Sed claudicat † primo iſta regula, ſeu concluſio, quæ dicit verba enunciatiua incidenter propter aliud prolata, non diſponant: tamen ſaltem faciunt ſemiplenam probationem, in fauorem tertii ita ſingulariter tenet Bart. *in l. admonendi col. 8. ver. Item quæro, ſi inſtrumentum publicum ff. de iureiur.* quem ſequuntur communiter Canoniſtæ, *in c. fin. de iureiu.* vt aſſerit expreſſ. Iaſ. *in d. l. admonendi, & in d. l. ex his verbis. nu. 2.* & ibi etiam Dec. *in 3. & 4. limit.*

3 Secundo claudicat præfata † regula fauore piæ cauſæ, ſecundum Bar. *in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. col. pen.* Sed ... *in d. c. fin.* ... Ioan. A... & ... ad hoc ... Id ... Panorm. ... *qua vero ... hoſpitale, col. 3. vol. 1.* & C... *... num. 4. & ſeq. de teſt.* Sed tamen contra Bartol. præfatosque Doctor. and actor late ... eſſe magis communem opinionem, Soc. in... *ſil. 109. col. antepen. vol. 2.* Grauett. *in tract. de antiq. temp. in 4. part. num 60.* Et pro dicta quæſtione vide Parrilum. *conſil. 75. lib. 1.*

Com. opin.

4 ... dicta regula, † quando verba enunciatiua eſſent iterata: tunc enim diſponunt, ſiue teſtator ... aſſerat ſe iuraſſe, omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera, ſecundum Angelum *in d. l. ex his verbis, in lectura Paruſina. per auth. quod obtinet. C. de probat.* Siquidem iuramentum habet vim clauſulæ, vt actus valeat omni modo. *l. cum pater § filium matrem. ff. de lega. 2.* & hoc ... tenuit Bart. *in l. ex hac ſcriptura colum. 3. & ſequent. ff. de donat.* Anchara. *in Clemen. 1. de probationibus.* Bal. *in d. l. ex his verbis colum. 1.* fa. it *l. cum quis decedens. § codicillis. ff. de legat. 3.* vbi Bartu. & opinionem Bart. ibi commemorat eſſe communem Alexan. *conſil 127. lib 7.* & ita ... idem Alex. *conſil 17. lib. 3.* vt referet Grammat. *in voto 16. nu. 5.*

5 Limitatur etiam quarto † antedicta regula, vbicunque verba enunciatiua eſſent ... a patre naturali, confitendo præſente ſuo filio naturali legitimato, quod de ... licen... & mandatu, ipſe ſe legitimat fecerit, quibus verbis ita enunciatiue prolatis ſtandum tunc eſſet, etiamſi de præiudicio ipſius patris tractaretur, vt voluit Angel. *conſil. 8... ſi vero naturalis, ſeu baſtardum, colum. 1. verſ. Nec etiam obſtat, quod pater legitimationis tempore non fuit præſens.*

6 Limitatur quoque † præmemorata regula quinto loco, in producentibus ſcripturam in iudicio: tunc enim producens ſcripturam in iudicio, videtur fateri omnia contenta in ea, non ſolum quod ad ea, quæ principaliter diſponunt, ſed etiam quo ad dicta ibi incidenter, & enunciatiue, & pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis verbis enunciatiue prolatis, tex. eſt, & ibi Gloſſ. *in c. cum olim. de cenſibus.* & Abb. *in conſil. ... lib. 1.* & ita fuit iudicatum per prudentiſſimum D. Alfonſum Campanilem Neapolitanum, meritiſſimum iudicem Ciuitatis noſtræ, & tanquam iudicem aſſumptum ſecundarum cauſarum Caſtri Ocrorum, *menſe Iaan, ... 6.* ad fauorem Do... Ciamarræ mei clientis, de eodem opp du, ... Dianam de Baruchino, me patrocinante. ... in

7 aliis † caſibus limitat dictam regulam Iaſ. *in l. ex his verbis, quos vide, num. 2. & ſequent.* Et limitat etiam in aliquibus aliis caſibus Felin. *in c. cum in iure. num 15. & ſeq. de offic. & poteſt. iud. deleg.* & apoſtilla ad ... *ibi, ſuper litera B.* Et Cagn. *in auth. ſi quis in aliquo documento, num. 82. cum aliis ſequent. C. de eden.* vbi non ſolum limitat præſentem concluſionem, ſed etiam amplificat eo in lo... o, *num. 86 & ſequent.* in duobus caſibus, & declarat quoque magiſtraliter, & ... in cauſis decidendis Pyrrhus Aſton. *ibi etiam n. 16. & ſeq.*

8 Poſtremo vtiliter † reſtringitur eadem regula, quod dicta verba enunciatiua, ſeu aſſertiua inter partes prolata, plene probent, *l. optimam. C. de contr. & com. ſtipul.* & Afflict. *deciſ. ... 3. nu. 1. & 4.* etiam quando principaliter diſputetur de enunciato, ſecundum Bartol. *in d. l ſecundum. colum 11 in auth. ſi quis in aliquo documento colum fin. C. de eden. & in l. gerit ff. de ... hered. col 3.* quem ſequitur Dec. *conſ ... nu. ...* & late ponit Suc. *conſ. 68. num. 7. vol. 4* & Bal. *in d. auth. ſi quis in aliquo documento, & in l. 2. C. de nupt. & in c. tra... miſſa, ext. de reſt. ſpol. & in c. ſiet, extr. de teſtib.* & ... congeſti per Soc. *in d. conſ. 68.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & mentem Legiſtarum, quærelen..., & ſequitur Dec. *in præallato conſ. ... 6.*

Com. opin.

9 Sed hæc † communis abſq; ſcrupulo aliquo procedit, cum verba enunciatiua ſunt neceſſaria ad actum, de quo agitur, alias ſecus, ita Dec. *conſ. 11 nu. 5* & Mattheus *in ſing. 79. Nota quod quotieſcunque.* vbi Gabriel. Saray. cum aliis coaceruatis per eum, in *addit.* vbi ponit ... tres alias limitationes, *ad d. l. optimam,* vtiles, & neceſſarias in practica.

10 Sed an præſentari, liquidarique poſſit inſtrumentum ſecundum formam Ritus magnæ Curiæ Vicariæ, tanquam liquidũ, † ſi in eo fit ſimpliciter mentio de alio inſtrumento, inter eoſdem contrahentes confecto? & ſic an verba enunciatiua, & relatiua in ipſo inſtrumento probent inter contrahentes prolata? concludendum eſt hodie, quod inſtrumentum, habens relationem ad aliud inſtrumentum, poſſit præſentari, & liquidari ſecundum formam Ritus magnæ Curiæ Vicariæ 163. dummodo inſtrumentum relatum ſit ſimiliter publicum, & æque ſolenne atque productum tempore liquidationis, vt oſtendit Ritus magnæ Curiæ ſequens, incipiente: *nota quod iſte ritus hoc modo practicatur, in verſ. item intelligitur iſte ritus quando inſtrumentum eſt liquidum* quem ... in perſeuerantia, quotidianaque obſeruantia Matthæus Fioccia, *in tractat. de præſentat. inſtrumentor. ſecundum formam Ritus in 8 quæſt. in prim.* & Franciſcus Antonius de Iudice *in pract. ſuper liquidationibus, & præſentationibus inſtrumentorum ſecundum formam ritus, in 2. conſideratio.*

11 Sed cum † inſtrumentum relatum non eſt productum ſuo tempore, & ſic tempore liquidationis inſtrumenti, præſentati, illud vtique remanet illiquidum: nam vnum inſtrumentum liquidat vel illiquidat alterum, vt per Bal. *in l. fin. C. ſi ex falſa cauſa adiect. lega.* & per Ioan. Vincent. de Anna *ſingul. 257.* vbi planum facit ſe ita vidiſſe obſeruari in practica.

Et ratio ea eſt, quia relatum in referente debet eſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto, ff. de her. inſtit. l. in teſtamento, ff. de cond. & demonſt.* Paul. *conſ.* ...

n.4.vol.1. Bar. in *l.1 ff. de recept. arb.* Cag. *in authent. ſi quis in a. quo documento, ſub n.82. C. de edend.* & Syl. *conſ.68.nu. 5.vol.1.*

Facitque etiam pro ſtabilimento præſentis concluſionis *deciſio* Afflict. 275. vbi in anguſtiſſimis ter-
13 minis concluſum diſcernitur in ſacro conſilio, † quod ſi in inſtrumento venditionis, facto, per procuratorem fiat mentio de mandato quod videlicet procurator habuerit mandatum, & fuerit oſtenſum teſtibus, & notario, qui omnes legerint, & viderint præfatum Inſtrumentum procurationis, emanatum ſub tali die, & anno, & quod hæc omnia continentur, nō tamen ob hoc illud probet, quod vendens fuerit procurator: & ratio eſt euidens, & palpabilis, adducta per Afflictum *eo in loco ſub num.3. & ſeq.* quoniam in inſtrumento relato, poſſent reperiri aliqua vitia, & cancellaturæ, propter quas, ſi produceretur illud inſtrumentum, nullam faceret fidem, ut tam illam qui ſem. quæ deciſio loquitur, atque diſponit in caſu, & in inſtrumento inter eaſdem [illegible] celebrato. alias vero rationes efficaciſſimas eiuſ [illegible] di deciſionis Afflicti aſſignat Pyrrhus Albanus *in authent. ſi quis in aliquo documento. num. 147. C. eod.*

Verum ſi tenor totius inſtr. relati, reperiretur in inſtrumento referente tunc certe [illegible] cōem opinionem, relatam, ac trutinatam per Boer. *dec.28 r. ſub num 5. cum alijs ſequent.* & per Alex. *conſ.115 ſub n.17. vol 6.* quam communem ſemper vidimus obſeruari in practica abſque vlla difficultate in variis caſibus occurſis.

Taliter quod narratio inſtrumenti, in inſtrumento præſentato ſecundum formam Ritus magnæ curiæ vicariæ facta, debeat eſſe clara, cum vero ſenſu inſtrumenti relati, etiam quoad præiudicium principalium contrahentium, vt firmat in propriis terminis Ant. Maſſa Galleſius *in tr. ad formam cameralem obligationis, in 3. part. de inſtrumento quæſtione 5 fol. par. ... num.117.*

14 Vnde Doctores pene omnes in *l. authen. ſi quis in aliquo* [illegible] indifferenter determinare videntur quod [illegible] inſtrumentum [illegible] audire reti [illegible] tionem, ſed [illegible] norem, & quo [illegible] verba enunciatiua, & relation probent inter [illegible] facian [illegible] diſtinctè & affluenter demonſtrat D. Pyrrhus Albanus *eo in loco, num. 1. cum alijs omnino ſequentib.* Verum in regno credimus debere eſſe cautus, vt producto inſtrumento ſui crediti in iudicio, ſecund. formam ritus, producat etiam inſtrumentum relatum in eo ſimiliter in forma probante, & præſertim ſi de enunciato, vel relato contingat, quoquo modo inter eaſdē partes dubitari, alias inſtrumentū hoc nō poſſet liquidari ſecundum formam ritus, prout non ſemel in variis cauſis, & caſibus [illegible] in ſacra regia audientia Barenſi, & in regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatuſque Moliſij, & in magna Curia Vicariæ vidimus ſuperioribus annis iudicatum, talia inſtrumenta quouis modo enunciatiua vel ſe referentia ad alia inſtrumenta liquidari non potuiſſe ſecundum formam ritus, niſi producto etiam tempore liquidationis alio inſtrumento nunciato ſeu relato authentico, & in forma probante reaſſumpto: & conſequenter in his caſib. non immerito. ob ſimplex inſtrumentum productum, aliud inſtrumentum nuncians, ſeu referens non producto ſimul inſtrumento nunciato vidimus in his tribunalib. pronunciatum, ac iudicatum, agendum eſſe, non via executiua Ritus, ſed potius ordinario iudicio.

OPIN. MXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Verbū relinquo, adiectū vniuerſitati bonorum, vel relatum ad legitimam importat inſtitutionem.*

2 *Verbum, lego appoſitum in teſtamento cum clauſula* omni meliori modo *an inducat hæredis inſtitutionem. Item cum legatur filia vel filiabus iure inſtitutionis, num.4.*

3 *Verba debent intelligi ſecundū cōem vſum loquendi.*

4 *Verbum,* relinquo *adiectum certæ rei, vel quantitati an inſtitutionem vel legatum importet.*

1 *Vſura non poteſt committi niſi in mutuo vero, vel interpretato.*

2 *Conſuetudo inſpicienda, quis contractum vſurarium reputari debet.*

1 VSVRA proprie cōmittitur duntaxat in contractu mutui, non autem in cæteris contractib. & ſic vſura regulariter committitur in ſolo contractu mutui, ſecundum gl. *in c. conqueſtus de vſuris*. quam ſequitur totus mundus, teſte Socin. *conſi.* 88. *num.* 9. *volum* 1 & ſequitur quoque Alexand. de Neuo, *conſ.* 95. *num.* 19. Alfonſus Gue. tetius *in theſauro Chriſtianæ relig. tract. de vſuris in monte pietatis, & intereſſe. c. 67. in prin.* Socin Iunior notabili caſu, *in conſi* 66 *num.* 4. & *conſi.* 17 *num.* 8 *vol.* 4. Frater Ioan. concīus meus eminentiſſimus Theologus *in ſerm quadrag ſerm.* 16. *Non eſt hic homo à* DEO. *colum.* 2. & *ſeq.* Rolarium Buſti *in ſerm. prædicab. in* 1 *part. ſerm.* 27. *in litera* I. Abb *in rub. de vſuris.* & *in c. fin. eod. tit.* & cum d. Gl. omnes tranſeunt, ſecundum Dec. qui ſimiliter eam ſequitur *conſi.* 119. *nu* 3. & iſta eſt communis opin. Soc. *conſi.* 176 *vol* 1. & *in d. c.* 88 *nu.* 6. & 16. Lauren. de Rodul*ſ*is *in tract. de vſuris in prin. num.* 16. & *in p. ar.* 3 *q.* 1. *colum.* 2. Hieron. de Luca, *in tract. de cambiis q.* 5 *n.* 48. Ambroſ. de Vignate. *in tract. de vſuris in princip.* & Dominicum de Soto, *in tract. de iuſt. & iure lib.* 6. *q.* 1 *art.* 1. Bero. *in d. rub. de vſuris. nu.* 37 & 45. *cum aliis ſeq.* vbi adducit rationes, & *conſi.* 168. *in præſenti cauſa, prima facie dicendum. nu.* 1. *cum aliis ſequen.* & *num* 16. *volum.* 1 vbi hoc declarat vtiliter, & Craneti. *conſi* 145. *nu.* 6. & 17. & S. Bernardinus, Protector noſter *in ſerm ſuis de Euangelio æterno. in ſerm.* 36. *art.* 2 *c.* 1. & *ſeq.* & *in ſerm* 37. *ar.* 1 *c.* 2. vbi hoc efficaciſſime probat aliquibus quidem non ſpernendis rationibus. *Cōis opin.*

2 Sed † conſuetudo inſpici debet, an contractus cenſendus ſit vſurarius, & ſimiliter quis ſit reputandus vſurarius, & itidem in ſolutione vſurarum conſuetudo eſt attendenda, vt affluentiſſime per Anto. Gabr. *lib.* 6. *tit. de conſuetudine concluſ.* 1. *in* 14 *allat. nu.* 29. 30. & *ſeq fol* 588 & Nauarrum etiam *in tract. de vſuris. in* 14. *notabili num* 33. & *ſequen fol.* 20. & *ſeqq.* vbi ſubtiliter, & realiter tuetur opinionem iſtam, vſurariam non eſſe conſuetudinem immemorialem, recipiendi quatuor pro centum, ſalua ſorte, ſeu capitali, vbi remouet etiam, atque deſtruit omnia obſtacula contraria.

OPINIO MLII.

SVMMARIA.

1 *Emptio certi annui redditus, ſeu cenſus, permiſſa eſt, & non ſapit vſuram.*

2 *Venditio certi annui redditus, vel cenſus, poteſt fieri etiã ab eccleſia.*

3 *Contractus annui cenſus ne vſurarius dicatur, quas conditiones contineat, & quomodo fieri debeat & nu ſeq. vſq. ad fin.*

1 VSVRAM † non committeret Titius, qui iuſtum precium daret, cum pacto, vt ſibi ſuper certa re certus, determinatus, & honeſtus redditus conſtitueretur, & ſic huiuſmodi contractus annui cenſus, ad decem pro centenario, valet, & tenet, nec vſurarius vocari poteſt; imo comperimus contractus huiuſmodi iuridicos, & iuxta determinationem Doctorum licitos eſſe, & iuri communi conformes: quia hoc caſu non contrahitur mutuũ, ſed potius contractus emptionis, & venditionis: ſi quidem certus redditus annuus pro determinato precio emi videtur, & ex quo precium certum, & res vendita interuenit: vt vltra extrauagantes Martini V. & Caliſti. III. quas habes *in extrauag.* 1. & 2 *ſub tit. de empti. & vendi.* & vltra Bullam, ſeu extrauagantem Nicolai V. conceſſam in Regno Neap. & impreſſam inter pragmaticas Regias: & vltra etiam Bullam, vel reformationem Pii V. emanatam *anno* 1568. ſuper forma creandi cenſus, voluerunt Hoſtien. Innoc. Cardin. Berous, Ant. Abb. & alii *in c. in Ciuitate de vſuris.* vbi dictam opinionem ſequitur etiam, *num.* 9. & ait communem eſſe, & Soc. Iun. quoque conſulendo *conſi.* 17. *num.* 6. & 11. & *ſeq. volumin.* 4. Natta *in conſi.* 541. *recte & ſancte videtur fuiſſe iudicatum num.* 1. *volum.* 2. Doct. omnes *in l.* 1. *C. de ſumma Trin & fide catho.* Bald. *conſi.* 133 & *conſi.* 210. *volum.* 3. & Calcan *conſi.* 84. & *ſequen* & cum eadem opinione concurrit pariter conſulendo Roman. *conſi.* 302. S. Anton. Archiepiſc. Floren. *in ſua Summa. in* 2 *par. cap.* 11. *videndum eſt etiam de lucro, ſeu redditu annuali, ſub verſi. Sed dices. circa fin.* & Alexand. de Neuo, *in conſi* 95. *num.* 15 *cum aliis ſequen.* & ibi etiam Ioan. Bapt. Roiellus, *nu.* 19. *in ſubſcriptione ſua,* Roſarium Buſti. *in ſermonib. prædicab. in ſerm* 27. *in* 1. *part. in litera* I. *la* 2. & Tiraquell. cum aliis ferè innumeris ſignatis per eum, *in tract. de vtroque retract. tit.* 1. §. 2. *Glo.* 6 *num.* 15 & D. Follerius *in pragmatica de cenſib. incip. huiuſmodi cenſualia ſuper rebus. num.* 51. & Natta *in conſi.* 498. *deductum fuit. volum.* 3. vbi doctiſſime, pleniſſime, & ſubtiliſſime, imo ſanctiſſime, conſuluit, dictum cenſum annuum abſque labe vſurarum emi poſſe, cum ex emptione annui redditus quinque duntaxat pro centenario ſingulis annis percipitur. *Cōis opin.*

¶ Et licet, & male, & leuiſſimis fundamentis, aſſerat conſulendo contrarium Chaſſan. *in conſil.* 65. *num* 1. *cum aliis ſequen.* & Alciat. quoque *in conſi.* 3. *tomo* 1. *lib.* 1. *fol.* 3. videlicet dictum contractum eſſe vſurarium.

¶ Retenta tamen dicta cõmuni tanquam ſacroſancta, adde quod eam ſequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, tuetur ab omnib. contrariis, citat, & limitat velut in 8. caſib. Io. Ant. de Nigris. *in capitulo Regni. in c.* 28. *Pro publici boni compendio. nu.* 9. *cum aliis omnib. ſeq.*

Imo † aduerte, quod huiuſmodi venditio certi annui redditus poteſt fieri etiam ab eccleſia, ſecundum Alex. *in d. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* & Dec. *in l. rogaſti.* § *ſi ſi certi pet.* & D. Follerium *in d. pragmatica de cenſib. in d. tit. huiuſmodi cenſualia ſuper rebus. n.* 17. & *ſeq.* 2

Sed † quoniam videmus nunc intolerabiles abuſus exerceri hoc colore, & paſſim celebrari prædictos contractus, vix vna, aut altera conditione ſeruata, & quod hoc falſo titulo emptionis, multi prætexant ſuas vſuras; ideo viſum eſt neceſſarium, hoc in loco ſubiicere, & explicare conditiones, quibus olim mentionati Pontifices Martinus V. & Caliſtus III. permiſeruut eiuſmodi cõtractus, & quib. emuntur annui cenſus, cum pacto retrouendendi &c. 3

¶ Prima conditio eſt vt vendens deſignet, & exprimat rem aliquam, quam vendat, & alius emat, puta domũ, aut agros, &c. & tūc, vel rerum deſignatarum tantum debet fieri emptio, & venditio, & ea ſola debent manere obligata ad ſolutionem antedicti cenſus, & nõ alia vendentis bona: quia ſi vniuerſa alia bona cum perſona vendente obligarentur, vt fit apud nos iam deſtruitur emptio, & venditio, & eſt oppignoratio, & fit contractus vſurarius.

¶ Se-

¶ Secunda conditio, quod iuſto, & competenti precio ematur annuus cenſus; & tempore, quo celebratus contractus, integraliter numeretur pecunia.

¶ Tertia, quod in eodem contractu expreſſe venditori detur facultas, quod annuum iſtum cenſum, in toto, vel in parte, pro eadem ſumma denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunque velit, libere, abſq; alicuius requiſ[illegible]one, aut contradictione, poſſit extinguere, vel redimere, & ſe à cenſus ſolutione penitus liberare.

¶ Quarta, quod ad redimendum annuum cenſum venditor inuitus nullo modo obligari poſſit, ſed liberum ſit illi, vel ſoluere cenſum, vel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

¶ Quinta, quod ſi contingat aliquando bona ipſa domos, agros, aut alias poſſeſſiones, quæ obligatæ ſunt ad ſolutionem cenſus, & quorum facta eſt emptio, proceſſu temporis omnino deſtrui, & penitus interire, ementes, pecuniam quam dederant pro prædictis bonis, repetere amplius nequaquam valeant; quoniã ementis periculo debet perire res empta: alioquin non eſt vera emptio, & venditio, ſed contractus vſurarius.

¶ Sexta, quod non debeat obligari ad cenſum res aliqua, niſi ſit vendibilis res, & fructuoſa. Et annuus cenſus, ad cuius ſolutionem talis res eſt obligata, non debet excedere valorem fructuum, quos ex tali re percipere ſolet, aut poteſt dominus rei. Si enim plus eſt in annuo cenſu, quam in fructibus rei venditæ, iam deſtruitur emptio, & palliatur vſura, & emens accipit rem in pignus ſuæ pecuniæ.

¶ Seruatis igitur antedictis conditionibus, vtcunque tolerandos, iudicio tales contractus; aliqua autem earum omiſſa, nulla ratione puto tolerandos.

¶ Aliæ vero quamplures conditiones, & omnes quidem iuſtinandæ, & penitus ruminandæ pro animarum ſalute, ponuntur, luce meridiana clariores, in prædictis bullis Nicolai V. & Pii V. Et in deciſ. noſtra 369. Papa. lib. 2. & in deciſ. Anton. Theſauri 154. cenſus.

4 Sed diſcurrendo † in præſentiarum ſuper aliquibus, ex conditionibus ipſis, præcipuiſque difficilioribus, atque obſcurioribus, & vnaquaque earum dicen concluſiue circa primam, & principalem conditionem, & requiſitum, quod requiratur neceſſario, vigore Bullæ Papæ Nicolai V. vt imponatur cenſus ſuper rebus debitoris, & proprietatibus ſuis ſpecialiter, & particulariter, & ſic ſuper re certa, & ſpecifica, alias facta impoſitione generaliter bonorum incertorum debitoris, contractus redditur fœneratitius, & vſurarius, vt iudicauit Rota Romana, in vna Argen. & eſt Deciſio Gomez 92. & ita iudicauit etiam Sacra Regia Audientia Bareñis, vt diſcernitur in deciſ. noſtra 369. Papa. num. 5. & 21. lib. 2. & licet Franciſcus Milanenſis, in deciſ. 2. num 181. cum aliis ſeqq. lib. 2. non parum conetur adducere, in contrarium, & Ant. Teſſaurus, deciſ. 154. Cenſus. num. 3. tamen ſtantibus tot deciſionibus radicatis, & fundatis in communi opinione omnium iuris Scribentium, periculoſum foret in foro fori, & poli, recedere ab huiuſmodi communi, tanquam ſacroſanctiſſima, atque veriſſima, quæ paſſim hodie obſeruatur, & non aliter, atteſtante Donno Thoma Zerola in practica Epiſcopali, in verbo, contractus cenſuales. ſub num. 1. & Nouarr. in ſuo commentario de vſuris ad c. ſi ſœneraueris. 14. q. 3. in 22. notab. num. 129 vbi planum quoque facit ſe ita alias, datis ſibi dubiis, in facti contingentia re- [Com. opin.]

ſpondiſſe. Rota Romana. & ſecundum opinionem iſtam iudi[illegible] in Hiſpania, cenſum conſtitutum ſuper vna re immobili, ſuis finibus deſignata, & ſimul generaliter ſuper aliis omnibus reb[illegible] mobilibus, & imm[illegible]bu[illegible] n[illegible] c[illegible] uſtum.

Secunda vero † cond[illegible] quod integra[illegible] de- 5 beat pe[illegible] cenſ[illegible] colligitur inc. 1. & 2. in extrauag. ſub tit. de emptione, & venditione. & ex notatis per Nauarr[illegible] in ſumma. cap. 17. num. 232. & in commentario de vſuris [illegible] 14. q. 3. in 22. notab. num 88. c[illegible] ne[illegible] ceſſe ex Bulla Papæ Nic[illegible] V. inv[illegible], dummodo annualis cenſus huiuſmodi cenſualium, decimam partem principalis recepti, ſeu precii non exced[illegible]at. [illegible] quia [illegible] numeratio pecuniæ, tempore ce[illegible] ationis cenſus, vigore ineuit[illegible] ex Bullæ nec[illegible] teſtatio notarii de confeſſione [illegible] ptio[illegible]: tamen hoc coarctatur non procedere, ſi huiuſmodi pecunia fuerit debita per vend[illegible] m cenſu[illegible] emptori, ex aliis [illegible] mediantibus [illegible] tunc [illegible] habetur pe[illegible] de, ac ſi ea foret num[illegible] rata, [illegible] in terminis [illegible] magiſtraliter quidem Nau[illegible] in d. commentario de vſuris. in 22. not. num. 8[illegible] verſ. eſt autem quæſtio quotidiana. fol. 58. vbi ſimiliter d[illegible] monſtrat li[illegible] ratione, ac indiſtinctiſſime [illegible] ficuum eſſe venden[illegible] cenſum, dum recuperat pre[illegible] um ante celeb[illegible] nem, & conſtitutione cenſus, & penitus & omnin[illegible] quoque [illegible] tunc remanere omnem ſuſpicionem fraudis, & doli, & partes contrahentes ita vtiliter & realiter tutos in foro conſcientiæ.

Tertia † etiam cõditiõ, quod facultas redimendi 6 cenſum remaneat, & remanere debeat perpetua vend[illegible] & quandocunque, & quod nullatenus reſtringatur, ſtatuitur per Bullam Papæ Grego[illegible] xiij. emanatam ſub die [illegible]. Ianuarii. 11. ind. anno 1574. pro Regno Siciliæ, vltra ſarum, & per alios duos Pontifices, Martinum V. in extrauag. 1. de empt. & vendit. & Caliſti in extrauag. 2. eod. tit. & notat Nauarr. in prædicto commentario. de vſuris in 22. notab. num 96 & 97. vbi firmat quoque, quod iſta facultas tolli nõ poſſit pacto nec præſcriptione, etiam immemorabili, ita vt huiuſmodi facultas redimendi cenſum, non tollatur, nec tolli poſſit, vlla temporis præſcriptione.

Quarta † ſimiliter conditio, vti neceſſaria, quæ 7 tempore, & actu conſtitutionis cenſus, ex diſpoſitione Bullæ Pii V. & aliorum Pontificum interuenire debet, ea eſt, quod totum, & integrum precium ſoluatur, ſoluiq; debeat cenſuario: & ſic præſentialiter, coram notario, & teſtibus debet numerari tota integraliter pecunia, vt notat quoque D. Iacobus de Grattus, in d. [illegible] lib. caſuum conſ. cenſus. ca. 107. de conſtit. ſub num. 21. lib. 2. fol. 161. ita vt ſi anticiparetur ſolutio cenſus & conſequenter ob annatam cenſus anticipatam, remanerent ſolummodo nonaginta, cum debitor deberet recipere centum, vſura ſine dubio foret, vt determinauimus in deciſ. 369. Papa. nu. 9. lib. 2. & firmat etiam Donnus Thomas Zerola, in pract. epiſcopali in verbo contractus cenſuales. nu. 9. vbi concedit quoque, quod parum referat, an cenſus exigatur per tertias, vel in fine anni, & annectit etiam quod ita practicetur vbique.

OPINIO MLIII.

SVMMARIA.

1 *Vſurarius manifeſtus an poſſit facere teſtamentum. Et an ipſe poſſit repetere vſuras quas alteri ſoluit.*
2 *Ad validitatem teſtamenti vſurarii, quid requiratur.*
3 *Vſurarius non manifeſtus, an poſſit teſtari.*

5 *Cautio præſtanda per vſurarium de reſtituendis vſuris, debet eſſe idonea. Et an poſſit teſtari, vel queri præcurſatorem ſuper præſtanda cautione poſt mortem numero 5.*

6 *Vſurarius manifeſtus, an præſtita cautione de reſtituendis vſuris mortis cauſa donare poſſit.*

7 *Donatio cauſa mortis æquiparatur contractui.*

8 *Iudæi, etiam ſi ſint publici fœneratores, poſſunt teſtari, nulla cautione præſtita.*

9 *Iudæi poſſunt teſtari, vt Chriſtiani.*

10 *Vſurarius manifeſtus poteſt donare inter viuos nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris.*

11 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, probatione legitima concurrente, & fama publica.*

12 *Vſura ſeu conſuetudo fœnerandi, poteſt probari per teſtes ſingulares.*

13 *Vſurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in monte, vt vocat.*

14 *Vſura ſunt per in viginti caſibus, remiſſiue.*

15 *Vſurarius reputatur, vendens rem plus quam valeat.*

16 *Vendens rem carius, quam valet, incurrit peccatum mortale, & tenetur ad eius reſtitutionem, niſi ob dilationem debitori conceſſam res carius vendita ſit. numero 17.*

18 *Vſurariorum bona an ſint tacite hypothecata pro reſtitutione vſurarum.*

19 *Vſura mercatorum quæ dicatur.*

20 *Vſurarius dicitur quis, quamuis ceſſet à fœnerando.*

21 *Vſurarius tenetur edere alteri rationes ſuas, pro vtilitate eius fundanda, quando agitur de vſuris, vel ex cauſa reſpondente vſuras, alias non.*

22 *Vſurarius eſt infamis.*

23 *Debitor vltra ſortem principalem ſoluens creditori, vſuras prouiſſa liberatur per Acceptilationem ſtipulationem, & acceptilationem, an poſſit repetere vſuras.*

1 VSVRARIVS † manifeſtus, nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris, nõ poteſt facere te-
2 ſtamentum, *c. quanquam de vſuris in 6.* Zabarell. *conſ.* 91.

Ao autem vſurarius poſſit repetere vſuras, quas ipſe ſoluit alteri, niſi vſuras per eum prius extortas, reſtituat, dic quod non *c. quia fruſtra. de vſuris.* Rom. *ſing.* 140. vbi addit Et tam dans, quam recipiens vſuras, peccat *c. 2. & 3. ſuper eo de vſuris* vbi Io. Andr. quod an ſit verum, vide Ripam, & per eum limita & declara *reſponſ. 1. nu. 2. ſub tit. de vſuris.*

3 Verum † ad teſtamenti requiritur validitatem, vt vſurarii caueant in vita, quod faciat vſurarius, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſecundum Glo. *in Clemen. 1. de vſuris & in d. c. quanquam in ver. mandeperint.* quam ſequuntur communiter omnes Doct. *ibi, & in c. quia in omnibus, de vſuris* præſertim ibi Auguſti. Beroius *num.* 52 *& ſequen.* quamuis, quo ad pœnam ſepulturæ, contrarium velit Gloſſ. *in Clemen. 1. de vſur. in ver. Manifeſtos.*

4 Bene † tamen verum eſt, quod ſi quis non ſit vſurarius cum omnibus neceſſario à iure requiſitis, & ſic ea manifeſtatione, quæ requiritur ad reddendum eum penitus inteſtabilem, & incapacem eccleſiaſticæ ſepulturæ, teſtamentum conditum tunc ab eo, nulla cautione præſtita, valeret, & teneret; vt conſuluit doctiſſime, & cumulatiſſime Ang. *conſ.* 10. *In Dei nomine amen.* In cauſa prædicta eſt hoc ordine producendum, vt recta poſſit ſequi deciſio. Adde in propoſito, quod ſcienter ſepeliens vſurarium manifeſtum, ſubiaceat ipſo facto ſententiæ excomm. vt *in Clem. 2. de ſepulturis.* etiamſi ex mandato prælati ſepeliret, ſecundum Card. *in,* 3 *quæſt.*

5 Sed † aduerte, quod iſta cautio præſtanda per vſurarium, debeat eſſe idonea, nec nuda, & ſimplex fideiuſſio ſufficeret, ſecundum Gloſſ. *in d. c. quanquam in ver. Idonea,* communiter ab omnibus approbatam, atteſtante Couarru. *in lib. 3 reſol. c. 3. num. 6.* & Iulio Claro, *in tract. de teſtam. lib. 3 quæſt.* 36. Com. opin.

Limitaturque iſta concluſio non procedere, ſi vſurarius deceſſiſſet nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad præſtandum eam poſt mortem, qua præſtita, iuſtificatur teſtamentum absque dubio vt late diſputant Canoniſtæ, & multi hoc firmant, *in d. c. quanquam.* Confirmatque hoc idem Cardinalis, *in c. ſignifi. auerunt de teſtib. & in Clemen. 1. quæſtio. 23. de ſepul.* vbi meminit fuiſſe deciſum publice Ferrariæ, quod vale et præſtibatum teſtamentum, eumque ſequitur Ioan. Dilectus *in tract. de arte teſtandi, titulo cautela 7.* Felin. *in c. a nobis. in prim. 1. de reſcript. & in c. quoniam ſequenter col. 4. vt lite non conteſt.* iſtamque aſſerunt communem opinionem, Gaſpar de Cald. & Anchar. inter conſilia Cardinalis, *conſ.* 40 *in facto alias prædicta conſtitutione col.* 2. Com. opin.

6 Claudicat † etiam antedicta concluſio ſecundo loco, quod licet vſurarius manifeſtus nõ poſſit teſtari, niſi prius cautione præſtita; nihilominus bene, & rationabiliter poteſt donare cauſa mortis, abſq; prædicta cautione, vt voluit Bald. *in l. executorem C. de exec. rei iud. in. &* *conſ.* 198. *vol.* 2 vbi refert collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe. Idemq; tenet Ang. *in diſputat. incip. Aſſerſi. Mi. et.* Rom. & Imol. *in l. cum hic. proprie ſ. de don. cauſa mort.* Pauli de Caſt. *conſ.* 283 *in antiquiſſimo* Capra *conſ.* 92. *volum.* 2 Dec *conſ.* 196. *tenem ſic* Probus *in d. c. quanquam. in add.* 481 *an. Mone.* Gulielm. Benedict. *in c. Raynutius de teſtam. in verſi Teſtamentum* Ripa *in d. l.* 2. *num.* 7 *ſ. de leg.* 1. vbi audacter aſſerit hanc eſſe cõmunem opinionem, & poſt eum Socin Iun. *nu.* 22. Com. opin.

¶ Et fundatur talis concluſio, iſta optima ratione quia tex. *in d. c. quanquam* corrigit ius antiquum, quo vſurarii teſtari poterant. *l. cum qui in prouincia in princ. ſ. ſi cert. pet.* & tradit Baptiſta de S. Blaſio *in tract. contradictionũ iuris ciuilis, & canonici contradict.* 18. ſtatuitq; ſpecialiter, quod omiſſa cautione ſint nulla, nec de contractibus quicquam dixit: ergo in eis locum nõ habet, *l. verba contrahentium ſ. de verbor. ſign.* & ſic d. cap. *quanquam.* editum in pœnã, non extenditur ad contractus, vel diſtractus, vt voluit etiã eleganter Ang. *in conſil.* 100. *Ser. Ioannes* [illegible] *ſub vſuris.*

7 Secundo † comprobatur quoq; ea ratione, quod antedicta cautio de vſuris reſtituendis, reſpiciat ordinationem, & ſolennitatem teſtamenti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Rapa *in l. 2. ſ. de leg. 1. nu.* 10. & Illuſtris D. Guliel. Pontanus Peruſinus, præceptor meus, *nu.* 32.

¶ In contrariam vero partem titubanter, & ſibi parum conſtans, inclinauit Bal. *conſ.* 294. *vol.* 2. Lapus *in alleg.* 115. poſt Io. Calderinũ *in diſputatione* [illegible] *Canonica inſtitutione.* Steph. de Feder. *in tract. de interpret. iur. in* 1. *parte. nu.* 48. Lauren. de Rodul. *in tract. de vſuris q.* 100 Io. de Ana. *in c. quia in omnibus. num.* 15. *de vſuris.* Benedic. Peruſinus *in rub. de teſta. in* 6. Dec. ſibi contrarius, *in l. diſcretis. C. qui teſta. fac. poſſ.* & ante ipſum Alex. *in pr.* qui fatetur expreſſe iſtam eſſe cõmunem opinionem. Ioan. Dilectus *in tract. de arte teſtandi. tit.* 1. *caut.* 7. Soc. *in d. l.* 2 & poſt eum Roinus, late *col.* 17. *cum duabus ſeq.* vbi ad ſatietatem vſque reſpondet omnibus fere fundamentis pro contraria parte citatis, & adductis.

¶ Sed

¶ Sed in iſta ambiguitate, & in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis, quid cõcludendum? Dico, quod caſu eueniente, ego ſemper conſulerem & iudicarem pro iſta vltima ſententia negatiua, iſto potiſſimum argumento inter alia: Nam, qui non habet factionem teſtamenti paſſiue, non poteſt etiam ex donatione cauſa mortis capere, *l. ſenatus. in princ. ff. de dona. cauſa mort.* Ergo pari modo, qui non habet liberam factionem teſtamenti actiue, ſicut vſurarius, non poterit donare cauſa mortis: & eandem opinionem reperio ſecutum fuiſſe, tanquam magis communem, magis tutam, atque animæ fauorabilem, Iulium Clarum *in tract. de Donat. libro 4. quæſt.*

8 Conſtatur † tertio etiam iſta concluſio ſecundo dispoſitio, *d. c. quanquam.* non habere locum in teſtamento Iudæi, ſecundum Ioan. Dilectum, *in loc. ſupra cit.* qui Iudæi, licet ſint publici fœneratores, nihilominus poſſunt teſtari, nulla prius cautione præſtita, vt per Aret. *conſil.* 158 *Capiſt. in 2. dubio* & in hoc ſunt melioris conditionis, quam Chriſtiani vſurarii *d. c. quanquam.* & not. Alex. *conſ. 3. in cauſa, & ite. volum.* 2. Socin. *conſ. 62. in præſenti conſultatione. colum. 4. & conſ. 70. in præſenti. colum. 1. volum. 1.* Coraſius *in miſcellaneorum ciuilis. lib. 5. cap. 16. in fin.* Imol. *conſ. 1. circa fin. num. 2. ſeqq.*

9 Vbi † dicit, quod Iudæi poſſint, vt Chriſtiani, teſtamenta condere: & Corn. *conſ.* 114. *l. vers primo. colum. fin. vol. 1.* & Cotta *in memorab. in ver. Vſura triennium. circa fin.*

10 Limitatur † eadem quarto loco quod non procedat præallegata concluſio in donatione inter viuos: vt per Bal. *conſ.* 198. *quartur. lib. 2.* & Io. Dilect. *in pract. cautela* 7.

¶ Quintam vero limitationem ponit quoque ſatis vtilem & communem, Clarus *in d. q.* 16.

11 Vnde [illegible] his accedit vtiliter, quod vſurarius manifeſtus dicatur, probatione legitima concurrente, & fama, vt per Abb. *conſ. 34. attingam. lib. 1. & conſ. 29. libro 2.*

Imo probatur etiam vſurarius ex fama, & quibuſdam indiciis, vt poſt Gl. tradunt Innoc. & alii in *cap. cum dilecti. de vſur.* cum concordantibus, vt per Fulgoſ. *conſ.* 138. *viſo præcepto* & tradit Gemin. *inc. 1. §. & quia. col. fi. de vſur. lib.* 6. nec non cum aliis vtilibus, & neceſſariis requiſitis, poſitis per Ang. *in d. conſ.* 10. *colu. 1. & verſ. Nunc ergo ad quæſtionem propoſitam deſcendamus.*

Imo famã cum aliquibus aliis adminiculis, probat quem eſſe vſurariũ manifeſtũ, Gemin. *conſ.* 59. & ſi non poſſet dici manifeſtus, eſt tamen manifeſtandus, quia iudex poteſt eum condemnare & publicare, tanquam vſurarium manifeſtum, Ripa, *reſp. in ſe* [illegible] *4. ſub rub. de vſur.*

12 Et † vſura [illegible] ſeu conſuetudo fœnerandi, poteſt per teſtes ſingulares etiam probari, ſecundum etiã magis communem opinionem, quam citat, & ſequitur Grauett. poſt alios ibi, per eum relatos, *conſ.* 73. *nu.* 31. & per vnicum actum quem non dici ſolitum fœnerari, notatur per gl. in *l. 1. ff. de tribu.* & Dec. *col. vt libere poſt nu. C. de collat.*

13 Et † accedit etiam prædictis, quod vſurarius non dicatur ille, qui tenet pecunias in monte; quoniam non poteſt petere quando vult capitale, ſecundum communem ſcholam, & opinionem omnium Scribentium; quam allegat, & ſequi videtur Alex. *in l. item quia. §. 1. n. 2. ff. de pact.* & Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 4. §. 23. nu.* 38.

Com. opin.

14 Vbi † à nu. 22. *vſq. ad nu.* 53. recenſuit viginti caſus in quibus vſuræ permiſſæ ſunt. Vide etiam ſupra in *opin.* 1048. *nu.* 2. vbi exp[illegible] eſſe [illegible] 1032. caſibus.

Nec vſurarius di[illegible], qui pecuniam accepit ſub [illegible] & ille dede[illegible]o, ci[illegible], tertias [illegible], vt tenet Ro[illegible] *ſing* 341. vbi [illegible] vtur etiam, & ſi [illegible] *eius addit. ibi.*

Item, occurrit præſumptio quoque quod vendens rem plus quam valeat, cenſeatur vſurarius. *c. in Ciuitate. & c. nauiganti.* [illegible] *de vſur.* & ibi [illegible] communis opinio, late conſu[illegible] Abb. *con*[illegible] *in fin. num.* 92 *volum.* 1. 15

Com. opin.

Imo [illegible] in foro poli etiam peccatum eſſet vendere 16 cariu[illegible], qua[illegible] valeat [illegible] quod generaliter [illegible] ac [illegible] en [illegible] po[illegible] iuſto pre[illegible] olaus Ferrarien. *in ſua pract. Papien in forma libelli. in cauſa vendit. in ſu*[illegible] *ſua verſ.* [illegible] *pretio florenorum* [illegible] *in* [illegible] & Be[illegible] *in* [illegible] *ciuitate nu* 6. *item alia ſeq.* vbi [illegible] cludit eti[illegible] quod tali venditor ad reſtitutionem [illegible], tam de iure canonico, quam ciuili cogi pu[illegible]

17 Sed † aduerte, quod [illegible] qui venderet rem, plus quam valeret, ob dilationem, emptori factam, & cõceſſam de ſoluendo tempore futuro, tunc contractus iſte non cenſeretur vſurarius, nec aliquo modo nomen vſurarum contineret, niſi tribus [illegible] neceſſariis interuenientibus, & firmauit Beroius *conſ.* 168. *in præſenti cauſa videtur primo ſecus dicendum. nu.* 2. *vol.* 1. Bernardinus Prouectus noſter, *in ſermonib. ſuis de Euangelio æterno. in ſerm.* 34. *artic. 2. c. 3.* & Roman. *conſ.* 419. *num* 1 & eruditus, & doctus D. Hor. Mandoſ. *in addit. ibi.* vbi ait, quod venditor iſte, hoc caſu, non incurreret peccatum, habita ratione lucri ceſſantis, ſed demum procedendo religioſe, more ſuo, aduertit, prout conſuluerunt etiam omnes Canoniſtæ in *dict. cap. in Ciuitate.* quod tutius ſit pro ſalute animæ, ab huiuſmodi celebratione contractuum abſtinere.

18 Similiterque noſtro † propoſito conuenientius, quod bona vſurariorum non præſumantur pro vſurarum reſtitutione, tacite hypotheca, ſecundum Ioan. And. & alios Canoniſtas communiter, *in d. cap. quanquam.* quam communem ſequuntur, recitantque Moder. *ibi*, & Ant. Neguſan. de Fano, *in tract. de pignor. & hypoth. in 2. par. 4. membr. n.* 195. & Alex. de Neuo *conſ.* 92. *nu. 1. & ſeq.*

¶ In contrariam vero partem, & ſententiam ſeſe declinauerant gl. *in c. fin. nu. de vſur. & in d. c. quanquam. in ver. Factaliam.* & ſimiliter Couarru. cum [illegible] gatis per eum, *in d. c.* [illegible] *nu.* [illegible] videlicet, quod bona vſurarii non ſine tacite hypotheca pro reſtitutione vſurarum vſurarum. Sed ego nõ audeo me opponere contra torrentem Doctorum, & communem opinionem præmemoratam, quicquid in contrarium fabulentur præcitati ſcribentes, cuius communis opinionis veritatem demonſtrat Alexan. de Neuo *in d. conſ.* 92. *n. 1. & conſ. ſeq. ſub num.* 12. vbi eam dicit in practica ſeruari.

19 His † prælibatis, notatur ob præmiſſorum intelligentiam, quod vſura dicatur in mercatore, de iure eſſe, ante motam reſtituendæ pecuniæ paciſcentes, ſi mercator tantum lucrum in loco mutui veriſimiliter facturus fuiſſet ſecundum cõmunem opinionem omnium Scribentium, quam expreſſe citat, & ſequitur amplectitur Grauett. *conſ.* 87. *nu.* 5.

Com. opin.

20 Et † huc ſpectat etiam, quod vſurarius quis dicatur, quamuis deſierit fœnerari, ſecundũ [illegible] Bart. *in l. prætor ait §. ſi etiam. ff. de edendo. & in l. qua* [illegible] *gerium. in pr. ff. de aſſol. adult.* cõmuniter, & communiter appro-

approbatam ab omnibus Doct. atteſtante Dec. in c. ex epiſtola. nu. 99. de probat. vbi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere, & pluribus contrariis amouere, ac diuellere. Et eidem opinioni, tanquam magis cõmuni, tutiorię; animæ, inhæret Clarus in tract. de teſta. lib. 3. q. 26. verſ. item quæro.

21 Nunc † vero rerum ordo expoſtulat, vt ſuadeam quod vſurarius teneatur actori edere rationes ſuas pro intentione eius fundanda, quando agitur de vſuris, vel ex cauſis reſpiciente vſuras. Secus autem ſi contra vſurarium ageretur ex contractu venditionis, vel alia ſimili cauſa, quæ vſuras non reſpiciat, vt notat, & tenet A har. & Cardin. in Clement. 1. §. cæterum. de vſuris & Bald. in c. clerici. colum. fin. de vita & honeſt. cler. quorum opinionem admittit communem eſſe Dec. in d. c. ex epiſtola. numer. 101. cum ſequen. de probat.

Com. opin.

22 Poſtremo † non prætereundum eſſe arbitror, quod vſurarius ſit infamis l. improbum. vbi Bart. Paul. de C & alii communiter per illum text. C. de infam. Matthesil. in notab. 49. incip. Nota. Cotta in memorab. in ver. Vſurarii vbi hoc limitat, & declarat.

Com. opin.

23 Quibus non † intempeſtiue addendum: quod ſi debitor vltra ſortem principalem ſolueret creditori ac fœneratori vſuras promiſſas, & poſtea abſolueret eum, ac liberaret per Aquilianam ſtipulationem & acceptilationem &c. & confiteretur ſibi plenarie eſſe ſatisfactum: tunc in foro iudiciali, ſublata eſſet omnis obligatio, nec debitur, ſeu eius heredes repetere dictas vſuras, vt conſuluit d tiſſime Ang. d. conſ. 100. vbi in foro conſcientiæ in hoc eodem caſu aliter diſtinguit, & reſoluit.

OPINIO MLIV.

SVMMARIA.

1 *Vxor domina, maſſaria, & vſufructuaria relicta à marito omnium bonorum in teſtamento filiis heredib. inſtitutis, alimenta tantum conſequi poteſt, idem procedit in marito vſufructuario relicto ab vxore. numero 2.*

3 *Vxor relicta vſufructuaria intelligitur de prima, quam maritus habebat tempore teſtamenti, non autem de ſecunda, quam tempore mo tis ſuperſtitem reliquit.*

4 *Vxor vſufructuaria relicta à marito omnium bonorum inſtitutis fratrib. & filia dotata, non vſumfructum, ſed alimenta duntaxat conſequitur.*

5 *Vxor ſic relicta vſufructuaria à marito, propria authoritate, alimenta capere poteſt: Nec tenetur operari pro herede, & nu. 6.*

7 *Vxor, cui relictus eſt vſusfructus à teſtatore, filiis extantibus & poſtea mortuis, nihil à ſuccedentibus illis, ex pupillari ſubſtitutione, vel ab inteſtato, præter alimenta conſequi poteſt.*

8 *Filiis tamẽ antea defunctis vxori integer vſusfructus debetur, non diſtante aliqua ſubſtitutione.*

9 *Vxor relicta vſufructuaria, donec vidua manſerit & caſte vixerit, ſtantibus filiis, & tractu temporis decedentibus plenum acquirit vſumfructum. Sed quid ſi illis defunctis, ſi ex altero matrimonio ſupereſſent. & numero 10.*

11 *Vxor relicta vſufructuaria rerum particularium tantum, illarum totum vſumfr. etiam extantibus filiis conſequitur.*

12 *Teſtatore volente vxori relinquere vſumfructum inſtituto filio, totum conſequitur vxor, ſi appareat de ſua voluntate expreſſ, vel per coniecturas.*

13 *Vxori inſtituta heres in vita & poſt eius obitum alius, nõ proprietatem ſed vſumfructum conſequitur.*

14 *Vxor non extantibus filiis ſed matre duntaxat alimenta, maſter vero integrum vſumfr. acquirit.*

Vxor † per maritum relicta in teſtamento domina, maſſaria, & vſufructuaria omnium bonorum, filiis heredibus inſtitutis poteſt habere alimenta tantum condecentia ſummodo, cum quadam præeminentia, & prout habebat viuente marito, ſecundum Bar. Paul. de Ca. Imol. & Cuma. in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. Bar. C n. Alber. Bal. & Sali. in auth. hoc locum ſi ſecundo nup. mul. Alexand. conſi. 29. in princ. vol. 4. Bertra. in conſi. 5 ponitur in dict. quod dudum de anno ſcilicet Domini in princ. vol 6. C conſ 257. num. 6. & 12 volum. 1. & conſi. 308. num. 3. volum. 4 Bellonun in conſi. 6. num 12. C p m conſil. 72 num. 17. & in conſi. 154. punctum, quidam Sanctes de Aquila num 1 S in. Iun. conſi. 94. nu 2. vol. 1. vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & conſi. 96. eod vol. Corn. in præcitato conſ. 257. & Dec. conſ 54. n. 1. & idem conſuluit Soc. conſ. 99. vol. 1. Adde in hac opin. Ant. Gabr. lib 5. com. concluſ. tit. de vſufr. concluſ 2. 1

Com. opin.

Et hoc idem † concludendum eſt in viro, quem ſi vxor relinqueret dominum, vſufructuarium, & maſſarium, vtiq. non poſſet habere niſi alimenta, vigore legati huius, propter identitatẽ rationis, quæ par eſt in vtroque. ita voluerunt Bal. Cuma. & Flori. in d. l. Titia § fin. Iaſ. conſ. 111. col. pen. vol. 1. Cur. Sen. conſ. 11. col pen. & Curt. iun. conſ. 6. col. 12. & Bald. in d. auth. hoc locum. 2

Sed aduertendum eſt, quod † vxore relicta vſufructuaria, intelligatur de prima vxore, quam maritus habebat tempore teſtamenti, non autem de ſecunda vxore, quam tempore mortis ſuperſtitem reliquit vt voluit Bal. in l fi. colum. pen. C. de indict. vid. toll. quem ſequitur cum a is aggregati peren n. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone ff. de verb. ſign. nu 1 4. & ſeq. 3

§ In contrarium vero partem videtur inclinare conſulendo optime, & vt. luſſime. Bertran. in d. conſil. 85 colum. 2. & Alexand. conſ. 171. colum. 2. volum. 1. Ideo aduerte, quod Alexan. loquitur, quando quis relinqueret alimenta alicui, & eius vxori: quo caſu militarent rationes ipſius Alex. vt late proſequitur Soc. Iun. conſ. 172. nu. 25. & ſeq. vol. 2. verum iſtas rationes æſtumarem non militare in caſu Bal. diuerſo, ſuperius recitato.

Aduertendum † eſt etiam, quod vbicunq; vir relinqueret vxorem ſuam dominam, maſſariam, & vſufructuariam omnium bonorũ, & fratres carnales inſtitueret heredes vniuerſales, & filiam dotaret, prætereundo, in inſtitutione, fratres, filiæ; tunc etiam vxor eſſet duntaxat alimentaria, & ſic alimenta, nõ autem vſumfructum percipere poſſet, vt conſuluit Capra conſ. 158. ſubſcripſi me in eadem conſilio. 4

Et iſta alimenta † poteſt accipere, ac ſumere vxor propter huiuſmodi præeminentiã, propria authoritate, nec expectare debet, vt ſibi ab herede præſtentur, vt voluit Ioan. And. in add. Spe. ut. in tit. qui fil. ſint leg. §. 1. Aug. in l. 1. ff. rerum amotarum. Alex. in l. nemo poteſt. ſolum 1. ff. de leg. 1. & fuit de intentione Bar. & aliorum, in d. auth. hoc locum. Alex. num. 15. Iaſ. nu 37. Cior. num. 26 Ruin. col. 17. & cæteri communiter, in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Picus, in d. l. Titia. num. 116. & 133. Dec. conſi. 418. num. 3. & ſeq. Pariſ. conſi 21. nu. 2. vol. 2. Gozad. in conſi 95. num. 11. & Socin. Iun. in conſilio. 86. numer. 7. volum. 1. 5

Com. opin.

Imo † ipſa mulier, cui à viro relicta ſunt alimenta non tenetur operari pro herede, ſeu ad eius vtilitatem, ſecundum Bart. Paul. Caſtr. & alios omnes in l. diuortio. ff. ſolut. matr. & Gratum, cum aliis relatis per eum, conſi. 87. Inuocato diuino ſuffragio, D. Ferraldus de Ferraldis artium, & medicinæ Doctor, ſub num. 21. cum aliis ſequen. volum. 2. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem. 6

NNn Et ſic

7 Et ſic † etiam defunctis filiis, qui prius extabant, non debet conſequi, niſi alimenta ab illis, qui ſuccedunt filiis ex pupillari ſubſtitutione, ſeu ab inteſtato. quia cum viuente filio, legatum cœperit habere vires, & conſequenter alimenta tantum debeantur, non debet in plus teneri hæres, quam teneretur filius *l. ſi fundum. § filium. ff. ad leg. Falcid.*

8 Sed † ſi filii morerentur, etiam ſi habeant ſubſtitutum, maxime extraneum, vxor prædicta debet habere integrum vſumfructum, vt per Bart. & alios, *in d. l. Titia. § fin.* Imol. Alex. & Aret. *in l. & ſi contra tabulas ff. de vulg. & pup.* Ang. *in auth. hoc locum. C. ſi ſecun. nup. mul. & conſil. 97. Viuianus, circa fin. & conſil. 199. in dicto teſtamento*, Roman. *conſil. 516. numer. 2. 3. & 8.* Bart. *conſil. 56. Bartolus, & conſil. 171. Nicolaus.* & Alexand. *conſil. 40. in princ. lib. 1.* & iſtam eſſe commemorat magis communem opinionem Iaſ. *in l. ſi fundum. § ſi patrifamil. column. 2. ff. de leg. 1. & in l. ſed & ſi contra tabulas, numer. 6. ff. vulg. & pup.* Pariſ. *conſil. 94. circa primum, numer. 44. volu. 2.* Socin. Iun. *conſil. 85. numer. 21.* & ibi quoque Deci. *in ſubſcriptione, ſeu conſil. ſequen. numer. 5. vol. 1.* & idem Socin. Iun. *in d. conſil. 94. numer. 2. poſt medium, & ita conſuluit* Alexan. *in d. conſil. 29. num. 1. cum aliis ſequen.*

9 Quod † vxor, relicta domina, & vſufructuaria, ſtantibus filiis, quamdiu vidua, & caſta vixerit ſi decederent filii tractu temporis, inciperet habere plenum vſumfructum.

10 Ampliatur † & declaratur hoc etiam procedere, ſi filius eiuſdem matrimonii moreretur, ac decederet ſtantibus filiis alterius matrimonii: tunc ſimiliter matri debeatur integer vſusfructus. quia dicta conſuetudo Bulgari, habet locum duntaxat ſuperſtitibus filiis primi matrimonii, ita eleganter tenuit Bald. *in d. authen. hoc locum*, & Ang. Aret. *in tractatu de teſtam. fol. 31.* Tamen Bald. reuocando ſententiam, in melius, tenuit contrarium *in d. l. Titia § fin.* videlicet, quod hoc caſu vxori prædictæ debeantur ſolummodo alimenta, ſecundum conſuetudinem Bulgari, quem ſequitur *ibi* Imol. & ita conſuluit Ruinus *conſ. 41. numer. 4. & 9. vol. 3.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem.

11 Interpretatur † hoc poſtremo etiam procedere, vxor relicta eſſet vſufructuaria, non omnium bonorum mariti, ſed aliquarum rerum ſingularium, vel particularium, tunc enim deberet habere vſumfructum dictarum rerum, nec eſſet locus conſuetudini Bulgari, vt conſuluit Beroian. *in dict. conſil. 85. column. 3.* Et Pariſ. *conſil. 97. Vide proceſſum volu. 2.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem.

12 Interpretantur † quoque omnia præmemorata, vtiliter, quod non ſortiantur locum, ſi conſtaret de voluntate teſtatoris expreſſe, vel per coniecturas, eum videlicet voluiſſe relinquere vxori ſuæ vſumfructum; tunc enim vxor, relicta vſufructuaria, inſtituto filio hærede, poſſet cõſequi integrum vſumfructum, non obſtante Bulgari conſuetudine, & ita in terminis doctiſſime conſuluit Pariſ. *in memorato conſ. 97. nu. 14. cum aliis numeris ſeqq.* Et ſic in facti contingentia *anno* 1581. allegando in cauſa D. Camillæ Sabellæ Romanæ, in ſacro conſilio Neap. contra eius DD. filias, ob coniecturas apparentes in teſtamento D. Alexandri Alterii Aquilani eius viri, noluerunt ei expectare exitum, ſed tanquã informatæ inſtructæque de iuribus ſuis, omnino ceſſauerunt à lite, & contentæ remanſerunt, vt D. Camilla earum mater, perciperet integrum vſumfructum eiuſdem D. Alexandri.

Adde in hac materia, & præſentis opinionis limitatione Ancharanum iuniorem, *in ſuis quæſtionib. hu. q. 1. vir vxori ſuæ.* Pet. Peckium *in tract. de teſta. coniugum lib. 5. c. 2. & 5.* & Aretin. *in §. heres autem. 9. inſtit. de hered. inſtit.*

Ampliat etiam ſi † inſtituta heres inuita, & poſt 13 mortem illius alii, quia hoc caſu vſumfructum tantum habebit non autem proprietatem. Picus *in d. §. Titia. col. 72.* Iaſ. & alii *in l. ex trauerſo C. de hered. inſtit.* & Couar. *variar. reſolut. lib. 2. c. 2. nu. 1.*

Amplia quoque, ſi teſtator dixerit *relinquo heredem in vita, & non teneatur reddere rationes*: quia videtur vſufructuaria, late & vtramque partem Rob. *in conſ. 193.* & Pet. Peckius *lib. 5. de teſt. coniu. coniugum c. 8. nu. 5. & 6.*

Adde finaliter † in præſenti materia, quod ſi non 14 extarent filii, ſed mater tantummodo, tunc vxori alimenta ſimpliciter deberentur, & matri integer vſusfructus, ſecundum Pet. de Ancha. *conſ. 137. quia in primo quæſito, poſt nu. 2. ver. ex quib. & ver. contrarium ſenſu vbi fauor filiorum*, & matri parificatur, per rationes ibi adductas, *& nu. 10.* vbi etiam explanantur illa verba *domina Maſſaria, &c.*

OPINIO MLV.

SVMMARIA.

1 *Vxor exiſtentibus tribus liberis, ſuccedit in quarta parte bonorum viri, pluribus vero exiſtentib. in virili portione vbi nonnulla de* intellectu Authen. præterea. C. vnde vir & vxor.

2 *Vxor pauper, ſi nullus deſcendentium, vel aſcendentium extet, ſed ſolummodo tranſuerſales, lucratur quartam partem bonorum mariti ſui, etiamſi poſtea diues euadat. & nu. 8.*

3 *Maritus pauper, vxori ſuæ diuiti ſuccedit in quarta parte bonorum. & nu. 4.*

5 *Legatum factum coniugi, non tollit quartam partem bonorum, quæ ei debetur, ſed computatur in partem.*

6 *Vxor viro defuncto ſuccedit in quarta parte bonorum eius, quando matrimonium eſt ſine dote, vel cum parua dote.*

7 *Dos dicitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam vxoris.*

9 *Teſtator etiam expreſſe non poteſt prohibere in teſtamento vxori ſuæ pauperi, detractionem quartæ partis bonorum ſuorum. Et ne ſtatuto quidem prohiberi poteſt. num. 10.*

11 *Marito inopi præmoriente vxore locuplete, debetur quarta pars bonorum vxoris ſuæ, tam condito teſtamento, quam ab inteſtato, & contra voluntatem vxoris.*

12 *Vxor, viro teſtato, prohibente detractionem quartæ, quo remedio eam petere poſſit. Item quo remedio vir conſequatur quartam &c. n. 13.*

VXOR, ſeu † mulier ſuccedit in quarta parte bonorum viri, & ſic mariti ſui, ſi liberi non ſint vltra tres, alias ſuccedit in virili portione, quoad vſumfructum, proprietate liberis reſeruata, ſecundum indubitatam, & communem opinionem omnium Scriben. *in auth. præterea. per tex. ibi. C. vnde vir & vxor.* Si vero filii non extent, tunc ſuccedit etiam in dominio, & proprietate. *§ quia vero legem dudum promulgauimus. in auth. vt liceat matri, & auiæ.* Tiraquel. *in tract. ceſſan. cauſa. 2. par. limit. 4.* Alexand. *conſ. 91. num. 1. lib. 2.* Socin. *conſ. 121. nu. 26. & 36. lib. 4.* Stephan. de Feder. *in tract. de interpret. iur. nu. 22. vlt. par.* Mar. Soc. *conſ. 108. lib. 1.* 1 Cõe quo.

Pro ampliatione eiuſmodi *authen. præterea.* nota, quod illa ſimiliter loquatur, etiam condito teſtamento, Cæphal. *conſ. 183. nu. 14. lib. 2.* Et quod locum quoq; habeat in nepotibus ex filio. Rolan. a Valle *in tract. de lucro dotis q. 56. n. 13.* Cæph. *conſ. 244. per totũ. li. 2.*

vbi de

vbi de materia textus *præſenti authen. præterea* & refert Alphan. *collect.* 853 [illegible] hæc *Auth. præterea.* quando habet locum oſtendit Thom. Doccius. *conſ.* [illegible] *primo videtur de ch*[illegible] *in. n. 3 & ſeq.*

2 Si autem [illegible] nullus [illegible] e den[illegible]ú, vel aſcendentiũ extet, [illegible] d[illegible] ulunimo [illegible] tran uerſales: tunc ſimiliter mulier ſuperſtes laborans inopia, lucratur quartam partem bon[illegible], etiam quoad dominium, & proprietatem, [illegible] *in d. §. quia vero legem dudum poſuimus. in ver. In talibus. in fi. & in d. auth præterea. in ver. Nos* [illegible] bi[illegible] nine [illegible] ta firmant.

3 Et iſta [illegible] conclusio ita, & taliter enucleata, *ampliatur* [illegible] cedere etiam in viro, qui tanquam pauper [illegible] ſuæ defunctæ diuiti ſuccedit in quarta parte bon[illegible] ſuorum, vt eſt tex. *in §. ſi alias, quoniam vero ad clementiam a. te fin. in auth. de exhib. reis.* & *ib. gl. in ver. In illis de ſ. intentis.* & Iaſ. *ſub nu. 2.* & alii omnes *in d. auth. præterea.*

§ S[illegible] d allegando *d. §. quoniam.* in Curia noſtra de menſe Septembris præſentis anni 1573. in facto, in cauſa Magnifici Dn. Fabii Conerii. Iuris [illegible] nſulti Aquilani, prætendentis quartam in bonis ſuæ vxoris diuitis, defunctæ abſque liberis; perſpicaciſſimus Dom. Ioſeph. de Ruſticis, aduocatus partis aduerſæ tunc aſſerebat, *d. §. quoniam.* allegari non potuiſſe, tanquam correctum cui ex tempore reſpondendo, replicabam me nunquam talem legem inueniſſe correctam.

4 Et † quod *d. §. quoniam.* remaneat in viridi obſeruantia, & quod non corrigatur aliquo modo per *d. §. quia vero legem dudum poſuimus.* voluit, & conſtanter firmauit ſpecifice, & expreſſe Gloſſ. *ibi. in verſi. In talibus.*

5 Imo [illegible] legatum factum coniugi, nõ tollit dictam ſucceſſionem, ſed computatur in partem, text. eſt in *d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Et quamuis opinio hæc S. ſanctiſſima frequentiſſimaque ſit, tamen non mediocriter admiror in præſenti, quod Cæphal. *in conſ.* 871. *boneſta D. Anna volum* 5. attentauerit, ſtuduerit que aliquibus fuſcatis rationibus conſoluere contrarium, quod vxor, etiam dotata parua cum dote, non poſſit conſequi quartam bonorum viri diuitis, quæ fundamẽta facile deſtrui atq; remoueri poſſent: ſed quia premor temporis anguſtia, contentus remaneo hodie, mediante clypeo præſentis communis æquiſſimæ, ac probatiſſimæ eiaſſentiri.

6 Iſta vero † ſucceſſio (nota) habet locum, quando matrimonium eſt abſq; dote, vel cum parua dote, vt declarat Alex. & Iaſ. poſt alios Doct. communiter, *in d. auth. præterea.* Com. opin.

7 Et dos † iſta intelligitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam vxoris, & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex congeſtis relatiſque per Barba. *conſ. 74. Scriptis lib. 4.* Com. opin.

8 Quod † procedit, etiamſi coniugi, poſt acquiſitionem huiuſmodi quartæ, ſuperuenirent diuitiæ. Nam poſt effectum conſummatum, ceſſante cauſa, non ceſſat effectus *l. fi. C. vnde lib.* & late per Dec. *conſ. 24 pro viris.*

9 Amplianturque † prædicta vltimo loco ſimiliter procedere, ſi teſtator capieſſe prohiberet vxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius quartæ: nam teſtator non poteſt prohibere dictam detractionem; & ſic eiſque debetur quarta ex teſtamento, & contra voluntatem mariti, ſicut ab inteſtato, ſecundum Gloſſ. *§. ſin vero expreſſim. in verſi. Heredem in auth. de hered. & falcid.* cum qua ſentiunt omnes Doct. communiter, vt apparet ex congeſtis per Alex. *in d. auth. præterea.* & per Scriben. *in l. ſi cum dotem. §. ſi pater ff. ſolut. matr.* Com. opin.

& ſequitur etiam, & communem dicit Deci *in d. conſ. 24. ſub num. 6* Corn. *conſ. 4. ſub num 3. vol. 4.* Roland à Valle *conſ. 72. ſtatuto Ciuitatis Caſalis diſponitur volu. 1.* Io. Pet. Surd. *conſ. 81. nu. 1.* Ioan. baptiſt. *conſ. 168. Ieſus Rex æterna gloria. nu. 45. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum. vol. 5.*

10 Vbi † hoc amplius etiam procedere in caſu ſtatuti, contrarium diſponentis. Et confirmatur hoc ex dictis per Bal. *in l. filium quem habentem. col. 10. ver. Deinde quæritur. C. famil. erciſc.* licet Salic. & male *in d. auth. præterea teneat contrarium.*

11 Interpretantur † prædicta vlterius, quod illa quarta, quæ debetur ex diſpoſitione *d. auth. præterea.* marito inopi, præmoriente vxore locuplete, locum habeat, tam conditio teſtamento, quam ab inteſtato, & ſic contra voluntatem vxoris, ſecundum Doc. omnes *in d. auth. præterea.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Co[illegible] *conſ. 4 colum. 1. & 3 volum 4* & Soc. *conſ. 121 colum. 4. volum 4.* & Dec. *in d. conſ. 24 ſu*[illegible] *nu. 6.* Com. opin.

12 Et [illegible] tunc vxor [illegible] dotata, viro ſuo defuncto teſtato, cum prohibitione perceptioni quartæ, poſſet conſequi prædictam quartam bonorum viri conditione [illegible] lege, vt debitum neceſſarium, ſecundum [illegible] ff. *in d. §. ſin vero expreſſim in verſic. Heredem.* Paul. Caſtr. Bald. Roma. Alex. & alios *in d. auth. præterea.*

13 Sed ſiue † mulier moriatur teſtata, vel inteſtata, mat[illegible] opsaccipit quartam à ſe ipſo, propria authoritate, [illegible] heres vtendo iure, & actione retentionis, [illegible] eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectatã aditione hereditatis, facienda per inſtitutos, vel heredes venientes ab inteſtato, *d. §. quoniam vero ad clementiam.* & ibi Gloſſ. *in verſi. In illis.* Corn. *in d. conſ. 4. ſub num. 5 & ſub num. 7.* & Natta, cum aliis coacervatis per eum, *in conſ. 605. manifeſta eſt iuris nouiſſimi diſpoſitio num 9 volum. 4.* & ita obtinui de præſenti menſe Septemb. 1573. in curia noſtra, in cauſa prælibati D. Fabii Conerii, qui poſt mortem D. Paulæ Aotoniæ ſuæ vxoris, retinuit eius domum pro quarta ad eum ſpectante, & petiit conſeruari in poſſeſſionem dictæ domus, pro moleſtia, quæ ei inferebatur ab heredibus tranſuerſalib. ab inteſtato eiuſdem mulieris: fuit iudicatum in Curia prædicta per D. Iudicem, Dn. Bartholomæum de Gori[illegible] ſtriola, Hiſpanum, virum inſignis literaturæ, antedictum D. Fabium, ſimul cum aliis heredibus menoonatis, conſeruandum eſſe in poſſeſſione domus mentoratæ.

Et ita obſeruatur etiam in Ciuit Neapol. de conſuetudine Neapol. vt apparet *in conſuetud. quartam de iure quarta.* licet, & male, Ioan. Ant. de Nigr. *in c. Regni 165. Mulier dotarium num 40* firmet contrarium, ſcilicet, quod mulier nun poſſit capere in bonis mariti propria authoritate quartam.

Sed præmiſſa omnia ita explanata, limitantur nõ procedere cũ maritus moritur, relicta vxore inope, & quæ nihil nomine dotis, marito dederat, nec aliquid habet in bonis, verum habet patrem opulentum, tunc enim non ſuccedit in quarta, nec habet beneficium *d. auth. præterea.* vt determinauit Raph. Cuman. *in l. in ſuis. n. 8. ff. de liber. & poſth.* Nam abſurdũ eſt dicere, aliquem filium egenum eſſe, habentem patrem diuitem: & ſic filia iſto caſu poterit cogere patrem, vt alimenta ei ſubminiſtret iuxta *l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſcendis. & §. ſi vel parens. in ead. l.* Imo potius inopiæ, & neceſſitati filiæ debet ſuccurri per patrem quã in bonis mariti defuncti: ita Bar. *in l. non quemadmodum. ff. de liber. agnoſcen.* & Alex. *in d. auth. præterea. nu. 11.*

OPINIO MLVI.

SVMMARIA.

1 *Vxori ſuperſtiti, quando heredes mariti mobilia, & immobilia reſtituere teneantur. & nu. 2.*

3 *Heredes mariti lucrantur fructus bonorum mobilium vxoris intra annum à morte viri nec illos poſt anni dilationem vxori cum bonis reſtituere tenentur. Et an interim vxor vidua alenda ſit ab heredibus mariti. numero 4.*

5 *Vxori conuolanti ad ſecunda vota intra annum luctus heredes viri non tenentur mobilia reddere infra annum nec alimenta præſtare.*

6 *Conſuetudo, quod bona mobilia poſt mortem mariti ſtatim reſtituantur per heredes mariti, vxori eius, valet, & tenet.*

7 *Mulieri dotem non repetenti, vſuræ non debentur.*

1 VXORI, heredes † mariti defuncti, iure dotis, bona immobilia ſtatim tradere tenentur, mobilia vero intra annum *l. vnica §. exactio. C. de rei vxor. act.* not. *in l. 3. de donat. inter vir. & vxor.*

2 Etiamſi † heredes eſſent diuites, & facultatem haberent ſtatim reſtituendi dotem prædictam, vt per Bartol. & alios omnes *in l. diuortio. in princ. ff. ſoluto matrimonio.* & Iaſon *in §. fuerat. colum. 8. inſtitut. de actionibus.* vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

3 Imo, & † fructus mobilium efficiuntur abſque dubio heredum, nec illos poſt anni dilationem, cum bonis immobilibus reſtituere tenentur, ſecundum Glo. & communiter, *in l. diuortio ff. ſolu. matr.* gl. & cæteros omnes *in d. §. exactio.*

§ Et licet Paul. Caſtren. ſenſerit contrarium *in d. l. diuortio.* & eius opinionem Alexand. *ibi. num. 18.* veriorem eſſe docuerit, atque illam ſuos conſtanter defenderit Zaſi. *lib. 2. reſponſorum cap. 3.* Nihilominus ſpretis prædictorum Doct. ſuaſionibus, primæ ſententiæ Gloſſ. & communi, tanquam tutiſſimæ in iudicando, conſulendoque libenter inhæremus.

4 Sed interim, durante † curſu dicti anni luctus, dum mobilia dotis non reſtituuntur, vxor vidua ab heredibus mariti alenda eſt, ſi ipſa non habeat vnde ſe ipſam alere poſſit. iuxta Gloſſ. Bart. & reliquos communiter, *in dicto §. ex actio* Gloſſ. & cæteros omnes, *in d. l. diuortio in princip.* vbi Alexand. *col. num. 5.* iſtam opinionem communem eſſe demonſtrat, *con. 27. Viſo themate ſuprascripto. in princ. volum. 4.* & Bertr. etiam *conſil. 19. Quamuis, ſecundum communem opinionem. volum. 6.* atque eam ait æquiorem Abb *conſ. 39. volum. 2.* idemque tenet Cyn. & Doct. *in l. fin. C. de bon. mat.* Zaſ. *in d. cap. 3. in fin.* & Ant. Capic. *deciſ. 24. In cauſa Locentiæ num. 1. vſque ad num. 6.* & Rolan. à Valle *conſ. 55. Sine conſi. lectionem diſpoſitionem iuris communis nu. 4. & ſeq. volum. 1.* Quamuis & male Paul. Caſt. *in d. l. diuortio* & Abb. *in d. conſ. 39* inclinauerint in contrariam partem.

5 Si vero vidua † intra annum ad ſecundas nuptias conuolaret, ſeu tranſiret, tunc heredes primi mariti ei non tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præſtare, vt voluerunt Cyn. *in d. l. fin.* Ferrarien. *in practica Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. ver. Ac etiam alimenta.* & Iaſ. *in §. fuerat. nu. 25. Inſtit. de actionib.*

6 Sed † antedicta regula in principio poſita, ita & taliter enucleata, claudicat & non procedit, ſi extaret conſuetudo in contrarium, quod bona mobilia ſoluto matrimonio, ſtatim reſtituerentur mulieri, prout talem conſuetudinem extare dicit in Ciuitate Bari, Vincentius Maxilla, *in conſuetud. Bari, in conſuetud. Dos à patre profecta. numer. 183. tit. de iure dotium. fol. 89.*

7 Et licet † mulieri dotem non repetenti vſuræ nõ debeantur, vt volunt Paul. Caſtren. Alexand. & cæteri *in l. diuortio ff. ſolut. matrim.* poſt Bartol. *in l. in inſulam. §. vſuras. eod. tit.* tamen veriſimiliter conſtaret, quando dos eſſet per heredes reſtituta, & vxor, prædia emiſſet, tunc ei intereſſe deberetur, Paul. Caſtr. *in d. l. diuortio. ante num. 7.* Alex. *conſ. 100 lib. 6.* cum illis relatis per Plot. *in tract. de in lit. iuran. § 11. num. 36.* Grat *conſ. 56 num. 6. lib. 1.* Crauet. *conſ. 89. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 184.* quod equidem ſine difficultate non tranſit, vt videntur cõcludere, quando mulier eſſet proteſtata, & ita prædicta, & non aliter ſunt intelligenda.

OPINIO MLVII.

SVMMARIA.

1 *Vxores duas vel duas ſponſas, vel vnam ſponſam & vxorem vel vxorem & concubinam, vel duas concubinas habens, eodem tempore, an ſiat infamis, & qua pœna teneatur. Qua etiam pœna mulier. nu. 3 & 4.*

2 *Matrimoniales cauſæ ſpectant ad iudices eccleſiaſticos.*

5 *Vxorem ſecundam ducens per iuſtum errorem vel quod primum matrimonium ſit nullum, puniri non poteſt.*

6 *Ignorantia tamen ex coniugib. de matrimonio inualido, vt filii ex tali matrimonio nati, legitimi ſint, & ſuccedant in bonis.*

7 *Lite vel appellatione pendente, ſuper matrimonio, an ſecundum contrahi poſſit.*

8 *Nati ex matrimonio cum conſanguinea contracto, ſed ignoranter, an ſint legitimi.*

9 *Filii nati ex matrimonio putatiuo, an ſuccedant in feudis.*

10 *Pendente lite ſuper ſponſa dicenda, an puella ſequeſtrari poſſit.*

VXORES † duas habens vir, ſiue vxor duos maritos, eodem tempore, & ſimul & ſemel, efficitur infamis, & tenetur pœna ſtupri, quæ eſt publicatio partis dimidiæ bonorum, ſi honeſtus fuerit, ſi autem humilis, pœna coercitionis cum relegatione, *l. eum qui duas. C. de adult. & §. item lex Iulia. inſtit. de publ. iudic.* 1

Et ideo Ang. Aret. *in tract. de malef. C' has adulterato la mia donna, num. 65* merito affirmat errare iudices, qui capitaliter puniunt capiẽtes duas vxores, tanquam adulteros, & hoc concedunt etiam Bald. Cyn. Ang. & Salic. *in d. l. eum qui duas.* Auguſt. Arim. *in add. ad Ang. in d. ver. C' has adulterato la mia donna, ſub num. 65.* qui reprehendit Roman. *in ſing. 537. Tu ſcis, qua pœna ſit de iure ciuili.* aſſeuerantem de iure ciuili, in præſenti caſu, infligendam eſſe pœnam capitis. Et contra Rom. quod pœna ſtupri imponenda ſit in caſu hoc, firmat etiam Carret. *in tract. de homicid. § 6 num. 313.* Ioan. de Neuizan. *in ſua Sylua Nupt. lib. 4. ſub nu. 43* Ang. Aret. *in § aſſentatu. nu. 13. Inſtit. de nupt.* & ita in propiis terminis conſuluit Alex. *conſ. 165. viſis, & ponderatis ſtatutis vol. 7.*

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod ducens doloſe duas vxores, ſimul, & ſemel, dignus ſit morte inclinauit conſulendo Grammatic. *voto 17.* qui meminit ita alias iudicatum fuiſſe in magna Curia Vicariæ, & executum contra virum, qui eodem tempore cum quinq; honeſtis mulieribus, omnibus viuentib. matrimonium contraxerat, & idem firmat apoſtil. ad Alex. *in d. conſ. 165. in litera C* Rom. *in d. ſing. 573.*

§ Sed prima opinio videtur communis, atteſtante Iulio Claro *in pract. crim. in §. Fornicatio. ver. Dicitur autem, circa med.* à qua ſi recedere vellem, eſſet quandammodo ponere os in cœlum; prout ab ea &c non diſſentis Cōis opin.

diſſentit, Boſſ. *in pract. crim. in tit. de coitu puniibili, & damnato. numer.* 78. referendo ibi Senatum Mediolanenſem ſæpiſſime fuſtigari feciſſe tales delinquentes.

Et licet extet deciſio magnæ Curiæ Vicariæ, contra ducentes duas, vel plures vxores, eodem tempore viuentes, vt is damnari debeat vltimi ſupplicii pœna: tamen vir non fuit condemnatus ob matrimonium cum duabus vxoribus contractum, eodem tempore, ſed potius ob matrimonium contractum cum quinque honeſtis mulieribus, omnibus tunc viuentibus: & ſic condemnatio ad vltimi ſupplicii pœnam, emanauit in eadem magna Curia Vicariæ contra virum, ob iterationem criminis, & non aliter, vt plane diſcernitur ex allegationibus Gram. *in d. voto* 17.

2 Sed recolo, *Anno* 1575. fuiſſe † inquiſitam & pariter accuſatam coram Dn. Angelo de Nobilibus, de Ciuitate Ducali, Gubernatore tunc meritiſſimo Terræ Amatricis, veritatis diligentiſſimo inueſtigatore, & mihi vti fratre colendiſſimo, Adrianam de Ciuitate Nurſiæ, per Cāmarram, eius primum virum; quæ contraxerat, durante primo matrimonio, aliud ſecundum matrimonium, cum altero viro. Et cum idem D. Gubernator determinaſſet, ſeruatis de iure ſeruandis, condemnare prædictam mulierem, tanquā eodem tempore habentem duos viros, fuit petita remiſſio cauſæ ad iudicem eccleſiaſticum cōpetentem, conceſſa, & ſic ad Reuer. D. Vicarium Aſculanum, ad quem merito ea cauſa fuit remiſſa.

Nam cauſas matrimoniales ſpectaſſe, & ſpectare ad iudices eccleſiaſticos compertum eſt: Imo aſſerentem cauſas matrimoniales ad iudices eccleſiaſticos non ſpectare, anathema eſſe decernit ſancta ſynodus Tridentina, *ſeſſ. 24. de ſacramento matrimonii, canone* 2. Et cum alias tractarentur, annis proxime decurſis, in Sacro Conſilio Neapo. de nullitate matrimonii, illudque contractum inter affines, cauſa ſimiliter remiſſa fuit per Sacrum Conſilium, ad iudicem eccleſiaſticum, atteſtante vnico noſtri ſæculi lumine, & ſydere fulgentiſſimo Sacri Conſilii Neap. D. Vincent. de Franchis *de. iſ* 52. *Domina Catharina de Cardines. ſupra.*

3 ¶ Et quanquam † vir contrahens matrimonium cum duabus mulieribus, viuo, eodemque tempore puniri queat, vt ſupra oſtendimus ex communi opinione: tamen eadem pœna, abſq; dubio puniendæ eſt etiam mulier, cum qua contraxerat ſecundum matrimonium, ſi notitiam habuiſſet primi matrimonii. Vnde mulier, quæ contraxit matrimonium cum viro habente vxorem, quando dicatur inſcia primi matrimonii, vtiliter explicat, & diſcurrit Pet. Albignanus *conſ.* 67. *Leonardus nu.* 23. *inter conſil. matr. volum* 1.

¶ Quod in tantum etiam ampliatur, vt matrimonium cum ſecunda vxore contractum, viuente prima, non valeat, neq; teneat: adeo, quod, etiam mortua prima vxore, vir non teneatur, nec poſſit vllo modo adhærere ſecundæ, vt conſuluit Nicol. Superantius *conſ.* 65. *inter conſ. matr. vol.* 1. & Pet. Albigna. *in d. conſ* 67.

Amplia itidem, idem reuera fore, ſi haberet quis duas ſponſas; & idem ſi vnam ſponſam, & aliam vxorem: & idem ſi haberet vnam vxorem, & vnam concubinam; & idem ſi duas concubinas, vt per Iacob. Beluſium *in ſua pract. iudic. crim. in tit. de lenonib. nu* 34. vbi *nu.* 35. habens duas vxores, punitur pœna adulterii.

Imo mulier, ſcienter nullum, inualidumq; contrahens matrimonium, perdit etiam dotem, & maritus fructus eius, ita Iacob. Beluſ. *in loco citato. tit. de lenonibus. num.* 36. quinetiam matrimonium nullum, etiam à Papa diſpenſatum, denuo contrahi debet, ſecreto quidem, non autem publice, ita Sotus *in* 4. *ſententiarum. diſt.* 28. *quæſt.* 1. *art.* 2. *& diſt* 21. *quæſt.* 1. *art.* 3. Nauarr. *cap* 22 *num.* 86. & Iacob. de Graffiis, qui hoc refert in deciſionibus caſuum conſcientiæ *lib.* 2. *cap.* 80. *nu.* 15 *fol.* 195.

Cæterum † hæc communis ita approbata, limitatur primo procedere abſque ſcrupulo aliquo, de iure ciuili; ſecus autem de iure canonico: Nam eo iure, in præſenti caſu, vxori debent incidi capilli, pannique anteriores, & poſteriores, textus eſt *in c. benedicto.* 32. *q.* 1. ſecundum communem interpretationem Glo. & omnium ibi: cui accedit etiam Roman. *in d. ſing.* 537. Abb. *in c. cum haberet. column.* 2. *de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* Auguſt. Ariminenſis *in add. ad Angel. Aretin. in d. tractatu de malef. in ver. C. hai adulterato la mia donna, ſub num.* 65. Pet. Albignanus *conſ.* 67. Leonardus, *ſub num.* 12. *poſito inter conſilia matrimonialia. lib.* 1 & Io. Neuiza *in d. Sylua nuptiali. lib.* 4. *ſub num* 42. 4 Clau opin.

Claudicatque † etiam ſecundo eadem communis & non ſortitur locum, cum adeſſet iuſta cauſa erroris. 5

Nam cum matrimonium eſt contractum per errorem, vel cum eſt nullum, & inualidum primum matrimonium, vel per facilitatem ætatis, vel non eſt ſecuta copula, tunc ſecundum matrimonium indubitanter, & indiſcriminatim contrahi poteſt, ita Por. *in d. §. affinitatis. Inſtit. de nupt.* & Ioan. Neuizan. cum aliis aggregatis eum, *in d. §. Sylua nuptiali. libr.* 4. *numero* 4.

Imo † ignorantia alterius parentis ſolummodo, de matrimonio contracto, operatur, quod filii ex huiuſmodi matrimonio nati ſint legitimi & ſuccedant in bonis; & conſequenter, propter ignorantiam, etiam vnius ex coniugibus, filii cenſentur legitimum, quo ad vtrumque ipſorum, *c. ex tenore. & cap. cum inter. qui fil. ſint legit.* & notat gl *in c.* 1. *de eo qui dux. in mat. & c. cum inhibitio. de cland. deſpanſ. & l. quis contra. C. de inceſt. nup.* 6

Adde Andream Gail. *in lib.* 1. *pract. obſer. cameræ imperial. obſeru.* 112. *numer.* 12. Dummodo ignorantia, non ſolum adſit tempore contractus matrimonii, ſed etiam tempore conceptionis, & *ibi numero* 13 *& ſequ.* ampliat, quod pendente lite ſuper impedimento, filii nati, etiam poſt litem conteſtatam dicantur legitimi, Abb. *in c.* 2. *nu.* 4. *qui filii ſint legit.* & Paul. Caſtr. *conſ* 354. *nu.* 1.

Et nihil † mirum, quia litis, vel appellationis pendentia ſuper matrimonio non impedit ſecundum matrimonium contrahi, *c. cum apoſtolica. de matrim. contract. & cap. veniens. de ſponſal.* quæ iura diſponunt, ac loquuntur, dum prima lis pendebat, & nulla admodum ſententia prolata erat pro contrahente, quod Franciſ. de Aſſio *conſ.* 2. *num.* 13. *inter conſilia matrimonialia diuerſorum. lib.* 1. tanto agilius locum ait obtinere, in marito habente vnam ſententiam ad eius fauorem promulgatam. 7

Quid de natis ex † matrimonio, ignoranter cum conſanguinea contracto, dic, quod ſint legitimi, *c.* 11. *& c. ex tenore. qui filii ſint legit.* quia dicuntur nati in figura matrimonii, ſecundum Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de deſp. imp.* Oldrad. *conſ.* 556. *Clement. in fi.* Abb. *in d. c. ex tenore. & in c. fin. de clandeſt. deſpon.* Ripam *in nouis reſponſis, reſponſo* 217. *poſt nu.* 1. 8

Imo † filii nati ex putatiuo matrimonio ſucce- 9

dunt etiam in feudis, Bald. *in c.1. §. naturales. ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* Cap. *conſ. 116. penult.* & ampliatur per Ripam *vbi ſupra, ante nu. 2.* & Dec. *conſ. 154. in effectu.*

10 Et in ſumma adde in † materia præſentis opinionis, quod pendente lite ſuper ſponſa duorum, puella debeat ſequeſtrari, & copula interdici, *c. tua fraternitas. de ſponſa duorum. cap. 2. eod. tit. c. tenor. § fin. de iudic.* Natta *in conſi. 250. numer. 9. libr. 2.* Andr. Gail. *in lib. 1. pract. obſeru. camer. imper. obſeru. 112. num 15. fol. 168.*

OPINIO MLVIII.

SVMMARIA.

1 *Vxor ſi quid acquirat conſtante matrimonio ex quibus bonis id acquiſiuiſſe præſumatur.*

2 *Filius quid acquirens an præſumatur ex bonis paternis acquiſiuiſſe.*

3 *Monachus, Rector, ſeu prælatus in dubio præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis eccleſiæ.*

4 *Concubina præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis concubinarii.*

5 *Concubina dicitur, quæ retinetur in domo, ab vxore parum diſtans.*

6 *Officialis an in dubio præſumatur acquiſiuiſſe de bonis Principis.*

7 *Vidua quicquid acquirit poſt mortem ſui viri, intra annum luctus, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti.*

8 *Mulier negans ſe acquiſiuiſſe ex bonis mariti tempore ſoluti matrimonii, transfert onus probandi contrarium in heredes ſecus ſi ageretur de bonis conſtante matrimonio, vel tempore luctus, acquiſitis. nu. 9.*

10 *Vidua pauper adminiſtrans bona pupilli, ex eius bonis, acquiſiuiſſe præſumitur.*

11 *Mulier poſt tranſitum ad ſecundas nuptias, ex cuius viri bonis, ſua acquiſiuiſſe præſumatur.*

1 BONA quæſita † per vxorem, conſtante matrimonio, cenſentur ex bonis viri quæſita, ne eueniretur ſuſpicio turpis quæſtus. *l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bald. Angel. & Paul. Caſtrenſ. *in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* Guili. de Cun. *in auth. licentiam, C. de epiſc. & cler.* Fedet. de Sen. *conſi. 57. Videtur. in 3. dubio.* idem Bald. *in Margar. verſ. Prælatus. verſi. 11.* Alexan. *conſi. 14. Viſis dubiis num. 2. volum. 1. conſil 82. Perſpectis. num. 13 volum 2. & conſi. 31. Viſo teſtamento. volum. 3.* Paul. de Roman. *in tract. de penſ. eccleſiaſt. cap. 7. in 1. notab. in cap. Poſt nam viſum eſt de beneficio. numer. 1. folio 25.* Cremenſ *ſingul 6.* Iaſ. *conſi. 5 num. 21 volum. 1.* Deci. *conſilio 257. In caſu propoſito. num. 8.* Ioan. Lupi *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. ſub num. 6. & § 60. num. 1.* Cian. *conſi. 71. num. 7.* Alciat. *in tract. de præſumpt. regul. 3. præſumpt 26. num. 1.* Ripa *libro 1. reſponſ. cap. 4. & lib. 3. cap 3.* Bellon. *conſi. 17. num. 10.* Neuizan. *in ſylua nupt. libr. 4. num. 10.* & Cacher. *deciſ. 140. Maritus. num. 9.* vbi dicit iſtam eſſe communem omnium interpretationem.

Clar. opin.

2 Imo † hæc regula, concorſque omnium opinio, & interpretatio, eſt adeo vera, vt ea procedat indubitanter etiam in filio, vt is in dubio præſumatur acquiſiuiſſe de bonis paternis, ita Socin. *in conſil. 16. In cauſa colum. 1. volum. 3.* & Angel. de Vbald *in conſilio 141. ſuper primo puncto. ſub num. 2. verſic ſicut dicimus in filio.* vbi poſt gloſſ. & Bartol. *in d. l. cum oportet.* qui loquitur in filio qui non eſt induſtrioſus, nec appareat vnde quærere potuerit.

¶ Sed hoc vtiq; de plano procedit, patre exiſtente diuite; ſecus vero ſi foret pauper, & negligens, & nihil ſciret operari; tunc, etenim quæſita per filium, præſumuntur ex proprio filii matrimonio, ſeu artificio quæſita, ſecundum gl. *in d. l. cum oportet.* & Rom. *conſ. 159. ſuper eo quo quæritur. ſub nu. 5. & conſ. 346. in hac cauſa Baſilienſi. nu. 20.*

Secundo † amplificatur quoq; memorata regula vt ſortiatur locum etiam in monacho, & rectore Eccleſiæ, vt is cenſeatur in omnem euentum acquiſiuiſſe ex bonis ipſius eccleſiæ, & ſui monaſterii, teſte Rom *in d. conſ. 159. colum. 2.* Barbac *in d. c. 1. de pecul. cler.* Neuiz. *in d. ſylua nupt. lib. 4. ſub num. 10.* & Ioan. Lupi *in d. rubr. de donat. inter vir & vxor. § 60. num. 2.* Angel. *in allegato conſ. 141 ſub nu. 2. verſi. ſic dicimus in prælato.* 3

Tertio ampliatur † regula hæc locum obtinere etiam in amaſia, & concubina, vt ea etiam præſumatur acquiſiuiſſe de bonis concubinarii, ita Bald. *in l. 1. C. de natu. lib. & in l. etiam. C. de donationib. inter vir. & vxor.* Cremenſ. *in d. ſing 6. poſt med. um.* Cotta, *in memorab. in verſ. Concubina. in prin.* Neuiz. *in d. ſylua nup. lib. 4. ſub numer. 20.* & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Anton. Gabriel. *in concluſ. 14. in 1. ampliat. libro primo.* 4

Et † de hoc vtique mirandum non eſt. Nam concubina ea dicitur, quæ retinetur in domo, ab vxore parum diſtans. *l. fin. ff. de concubin.* Bald. *in l. cum quam. colum. 10. Cod. de fideicommiſ.* cum aliis aggregatis ſupra *in Opin. 315. Filii naturales. numer. 8. libro primo. folio 293.* 5

Quarto † ampliatur quoque regula antedicta, vt extendat radices ſuas etiam in officiali, vt is præſumatur acquiſiuiſſe de bonis Principis, vt voluit Barbac. *conſi 69. colum. pen. volum. 3. & in d. c. 1. de pecul. cler.* Gloſſ. *in l. defenſionis, alias facultas. C. de iure fiſci. lib. 10.* & Bal. *in l. 1. colum fin. C. de hered. vel act. vend.* Et licet Guil. de Cuneo, & Pet. de Bellapert. *in d. auth licentiam. C. de epiſc. & cler.* inclinauerint in contrariam partem; tamen Cotta *in d. memorab in verſ. Concubina, ſub limit. 6.* ſtudet, conaturque reducere opiniones iſtas fœdere diſtinctionis, ad optimam conſonantiam, & concordiam. 6

Quinto † ampliatur regula hæc, vt etiam procedat in vidua, ita Bald. *in d. l. cum oportet. num. 1.* Alex. *conſi. 62. Sereniſſimus. num. 14. volum. 4.* Ioan. Lupi *in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. num. 15.* Alciat. *in d. tract. de præſumpt. reg 3. præſumpt. 26. num. 4.* Bellon. *conſ. 17. In caſu propoſito. num. 12.* & Dec. cum aliis cæteratim relatis per eum, *conſi. 237 ſub num. 9.* vbi reddit rationem. 7

¶ Cæterum hoc de plano procedit, quando ſtatim mortuo marito, acquiſiuerit, ſecundum Cremenſ *in d. ſing 6.* Alber. *in d. l. etiam.* & Ang. *conſi. 41.* vbi adiicit quoque, quod dicatur ſtatim quæſiuiſſe, cum quæſiuit intra annum luctus, cui innititur Io. Lupi *in d. rubr de donat. inter vir. & vxor. §. 60. ſub num. 15.* & Neuiz. *in d. ſylua nup lib. 4. num. 21.*

¶ Sed iſtam regulam, ita amplificatam limitat vtiliter in quamplurimis caſibus, Neuiz. *in d. ſyl. nupt. lib. 4. num. 22. cum aliis ſeq.* Anton. Gabriel. *in d. concluſ. 14. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 80. num. 12. volum. 1.* Cotta *in d. memorab. in ver. Concubina.* Natta *con. 30. Depoſitum factum. & conſi. 147. Nobilis. ſub num. 10. volum. 1.* Dec. *in d. conſi. 237. numer. 9* Ripa *in lib 3. reſponſ. cap. 4.* Diaz. *in reg. 9.* Coraſ. *lib. 3. miſcel. cap. 5.* & Riminal. Iun. *in §. 1. numer. 27. & ſequen. & num. 192. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir.* Franciſcus Milanenſis *deciſ. 18. numer. 40. & ſeq.* & Ioan. Botta *conſi. 23. ex delicto. num. 31. & ſeq.* & dictam *l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* declara ſecundum Ripam. *reſponſo 1. per tot. ſub tit. de donat. inter vir. & vxor* & Pariſ. *conſi 62. ſi non apparet num. 1. & 22. volum. 1.*

Verum

8 Verum † quod ſi vxor negaret ſe acquiſiuiſſe ex bonis mariti ceſſante matrimonio, ſed antea potius acquiſiuiſſe, eo caſu ſine dubio, onus probandi contrarium, ad maritum, vel ad eius heredes pertineret ita Aret. *conſ. 31 conſiderata.* Salicet. *in l. etiam. C. de donat. inter vir. & vxor.* & Ant. Croſius. qui hos refert Doct. *conſ. 84 contra D. Annam. nu. 2. & ſeq. vol. 1.*

9 Eſt tamen † bene verum, quod cum tractatur de bonis quæſitis per vxorem, conſtante matrimonio, vel illo ſoluto, intra tempus luctus, tunc vxor, aſſerens, ea non eſſe quæſita de bonis mariti, id probare teneatur, vt per Paris. affluentiſſime, cum ſuo neceſſario apparatu, *in allegato conſi. 62. num. 1. cum ſeqq. vol. 1.* & Franciſ. Herculanus, *in tract. quis teneatur probare negatiuam, & quibus modis negatiua probetur. nu. 26. ver. 32. inſeritur fol. par. 23 à tergo.*

10 Ita vt † ſi vidua nihil haberet in bonis, adminiſtraretq; bona pupilli, poſt mortem viri, tunc abſq; difficultate præſumeretur quæſiuiſſe ex bonis pupilli, & filii, ad euitandum ſiniſtram ſuſpicionem, & labem delicti, ita Ang. *in d. conſ. 141. nu. 2. verſ. elapſo autem tempore luctus, quo non ita caſtitatem lex ſeruari voluit,* & Pari. cum aliis aggregatis per eum *conſ. 80. in hac cauſa, & controuerſia. n. 12. & ſeq. vol. 1.* vbi planũ quoq; facit, iſtam eſſe magis communem opinionem.

Cõis opin.

11 Sed ſi tractaretur † de bonis quæſitis per vxorem poſt tempora luctus, & ſic poſt tranſitum ad ſecundas nuptias, an tum bona cenſeantur, præſumanturque acquiſita de bonis primi, vel ſecundi viri? Iſtam quæſtionem primus mouit Ang. *in præalleg. conſ. 141. ſub nu. 2. ver. tertio caſu cum emit poſt tempora luctum, & poſt ſecundum matrimonium.* qui eam ita diſtinguendo determinauit, quod ſi ex coniecturis appareat, mulierem acquiſiuiſſe ex bonis primi viri, ea tum ſpectant ad heredes primi viri; ſi vero præſumptiones forent pares, tunc ex bonis vtriuſque mariti bona præſumerentur quæſita per mulierem, & eſſet eligenda media via in iudicando, ad fauorem tam primi, quam ſecundi viri. Sin autem vna præſumptio eſſet potentior altera, eo caſu iudicandum eſſet, ad fauorem habentis potentiorem præſumptionem.

OPINIO MLIX.

SVMMARIA.

1 *Vxor de bonis dotalibus facere nequit eleemoſynam, niſi viro conſentiente tacite, vel expreſſe, nec de bonis proprii mariti, nu. 2.*

3 *Non eſt facienda eleemoſyna de re aliena, nec etiam donatio. nu. 8.*

4 *Non eſt aliquid rapiendum diuitib. vt detur egregiis. & num. 7.*

5 *Mala non ſunt facienda, vt eueniant bona, & nu. 6.*

6 *Vxor habens alia bona vltra dotem, de illis licite eleemoſynam facere poteſt.*

1 VXOR † eleemoſynam facere non poteſt de rebus, bonisq; dotalibus, niſi conſentiente marito tacite, vel expreſſe, ita Hoſtienſ. *in ſumma. de pœnit. & remiſ. §. quib. ver. Quid de agentib. pœnitentiam.* & Abb. *in c. ſi quis. de furt.* quia dominium rei dotalis pertinet ad maritum, conſtante matrimonio *l. doce. C. de rei vend.*

2 Et † quemadmodum vxor ipſa, eleemoſynam elargiri nequit de dotalibus: ita etiam de bonis propriis viri. gl. *in c. quod DEO. 33. q. 5.* Nam vxor eleemoſynam facere ſaltem poteſt pro mariti anima, & etiã pro anima propria, viro permittẽte. *l. vel vniuerſorum. ff. de pignor. act. & l. 1. ff. quod cum eo.* & eſt gl. cõmuniter ab omnibus approbata, *in c. manifeſtum. 33. q. 5.* Bar. *in l. ſi ſponſus. § conceſſa. ff. de donat. inter vir. & vxorem* & Barbat. *in cap. cæterum. de donatio.*

Cõis opin.

3 Et † ratio ea eſt: nam non eſt elargienda eleemoſyna de alieno. *c. non eſt putanda.* & ibi Doct. *q. 1.* nec vllus vnquam de alieno licite largiri poteſt, vt firmat Barth. Soc. *conſ. 91. viſa. col. 11. vol. 1.*

4 Vnde † à propoſito quolibet iniuſto, numeroſæ illæ, quæ promulgatæ ſunt leges quemlibet deterrere poſſent, ac deberent. Nam reperitur pulcher textus August. *in c. forte. 14. q. 5.* ſic ſonans: *Forte aliquis cogitat, & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidique: non habeo, nec contraham peccatum, ſi illis ſuum abſtulero & pauperibus dedero: & cum illi ad bona agant, mercedem quippe habere, recipereque potero, ſed vtique talis cogitatio diaboli calliditate ſuggeritur: Nam ſi totum tribuat hoc pauperibus, quod abſtulerit, potius peccatum adderet, quam minueret.* teſte Auguſt. *in lib. contra mendacium.* cuius verba refert Magiſter ſententiarum *libr. 11. diſtinct. 41. cap. 3.* Ex quo deducitur, quod non liceat facere paruum peccatum, vt ex eo ſequatur maius bonum.

5 Non enim ſunt † patranda mala, vt inde veniant bona, ita gl. *in l. quis ſub prætextu. C. de ſacroſ. eccl. & in cap. magna. & clem. vel mona.*

6 Vnde † Apoſtolus *ad Rom. cap. 3.* ſcribit, quod illi, qui aiunt, mala eſſe facienda, vt eueniant bona, ſint damnandi, tanquam blaſphematores Dei.

7 Nec eſt † furandum pro facienda eleemoſynã, Hipp. de Marſil. *conſ. 45. licet. in fi.* Inno. *in c. quia pleriq. de immunit. eccleſ.* refert In. Ant. de Nigris *in c. reguo, ad hoc vt noſtrorum bona. nu. 37. ſub tit. de furtis. fol. 46.*

8 Et de re aliena facta † donatio, ſiue eleemoſyna non habet meritum, *c. non eſt putanda. 1. q. 1.* Imo eſt furti ſpecies, *l. ſi pignore. §. 1 ff. de furtis.* gl. *in §. placuit. in ver. perduxiſſet. Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* ex qua lege aliqui Doctores dicunt, quod mulier dans eleemoſynam ſine conſenſu viri, committat furtum, quod falſum eſt: quia contrariũ diſponitur *in l. 1. ff. de rerum. amot. & in l. ſi ſponſus. §. proinde. ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

9 Sed ſi mulier † haberet alia bona vltra dotem, tunc indubitanter de illis eleemoſynã facere poſſet tuta conſcientia: quia maritus in illis ſe intromittere nequit, contradicente vxore, *l. hac lege. C. de pact. conuen. inter vir. & vxor. & l. maritum. C. de procur.* & ita firmant Hoſtienſ. & Abb. *in locis præcitatis.*

Limita etiam non procedere, quando maritus eſſet aſſuetus ipſe facere; quia videtur tacite tunc etiam vxori data licentia, ſecundum Bart. *in l. 1. in fin. ff. rer. amot.* quem refert Ripa, *in c. cum M. Ferrarienſis. nu. 43. verſ. ſeptimo addes. Ext. de conſtit.*

OPINIO MLX.

SVMMARIA.

1 *Vxor ob commiſſum adulterium, & violatam pudicitiam perdit dotem.*

2 *Maritus, an teneatur vxori adulteræ alimenta ſuppeditare.*

3 *Maritus expellens vxorem, ob adulterium, nondum manifeſtum an interim eam alere teneatur.*

4 *Vxor recedens à viro adultero, an ex dote ſibi reſtituta, maritum alere teneatur.*

5 *Commiſſo adulterio à marito, vxor ſeparationem thori petere poteſt, & lucratur donationem propter nuptias.*

6 *Vxor accuſata à marito, & ſententia, quoad ſeparationem contra eam lata, amittit donationem propter nuptias, item paraphernalia. nu. 7.*

8 *Mulier vt dote priuetur propter adulterium, neceſſe eſt, vt id vere probetur, non per coniecturas.*

9 *Vxor, an propter oſculum luxurioſum, vel tactũ, dotem amittere poſſit. nu. 3. & 13. in princip.*

10 *Oſculum libidinoſum eſt peccatum mortale.*
11 *Vbi maius periculum, ibi cautius agendum.*
12 *Oſculantes mulierem per vim, puniuntur in Regno, vltimo ſupplicio, cum confiſcatione omnium bonorum.*
14 *Oſculum, in ſignum pacis, & amoris datum, non eſt peccatum, ſed potius actus virtutis.*
15 *Oſculum inter coniuges, ad ſollicitandum debitum, aque, ac oſculum pacis, inter virtutes connumeratur.*
16 *Vxor putatiua, an propter adulterium, dotem amittat.*
17 *Clericus de facto contrahens matrimonium, aque ac ſi legitime contraxiſſet, priuatur beneficio.*
18 *Putatiuus non eſt melioris conditionis legitimo, exemplum de curatore putatiuo, & vero.*
19 *Marito adulterium retinente, vxor non priuatur dote.*
20 *Maritus vxorem adulteram ſcienter cognoſcens, adulterium remiſiſſe cenſet.*
21 *Maritus, poſt adulterium, reddens vel petens debitum ab vxore, non prius acta pœnitentia, mortaliter peccat, imo impediri poteſt ab ordinum promotione, num. 23. & 27.*
22 *Vir ſciens vxorem adulteram eſſe, licite ab ea diſcedere poteſt.*
24 *Adulterium ſi eſt notorium, vxor ſine vlla ſententia, priuatur iure ſeruitutis, et à marito debita.*
25 *Adulterium quibus modis reddatur notorium, & nu. 26.*
28 *Heredes mariti, ignari de adulterio vxoris, an ad dotis priuationem contra adulteram agere poſſint. & numero 29.*
30 *Mater adultera ad ſecunda vota tranſiens, an filio non conquerendi de iniuria, ſuccedere poſſit.*
31 *Vidua poſt mortem viri adulterium committens, an dote priuanda ſit.*
32 *Mulier exiſtens in patria poteſtate, tempore commiſſi adulterii, patri in dote non praiudicat, ſecus ſi ſui iuris effecta ſit, nu. 33.*
34 *Vir, non obſtante ſententia diuortii, ſi fornicetur, cogitur vxorem recipere, & adulterium cum adulterio compenſare, matrimoniumq; à iudice, ex officio redintegratur, num. 38.*
35 *Vxor de adulterio vel morte viri ſuſpecta, non poteſt priuari dote ante cauſæ cognitionem, & ſi per vim ſpoliaretur, ante omnia reſtituenda eſſet.*
36 *Mulier propter adulterium, dote non priuatur, viro concubinã habente, & fidem matrimonii violante, eiusq; ratio traditur. num. 37.*
39 *Vir adulter, vxorem eodem vitio laborantem, accuſare non poteſt, nec ei illud obiicere.*
40 *Mulier per vim compreſſa, dote non priuatur, nec de adulterio accuſari poteſt.*
41 *Mulier compreſſa à Tyranno vel Rege, vim metumue paſſa cenſetur, & filium inde natum inſtituere poteſt.*
42 *Mulier probabiliter credens, maritum abſentem non amplius viuere an alii nubendo, adulterium committat.*
43 *Mulier rem habens cum aliquo quem credebat maritum, non eſt adultera.*
44 *Maritus vxori occaſionem adulterandi prabens, eam ob hoc delictum accuſare non poteſt: vtroq; autem tam vxor, quam maritus pœna legis tenetur nu. 45.*
46 *Maritus, vxorem in adulterio perſeuerantem, retinens, cenſetur quaſi leno id quaeſtus cauſa facere.*
47 *Mulier viro poſt adulterium reconciliata, dotem non amittit ſi ante reconciliationem pœnitentiam egerit, & an adulterium cum inceſtu tollatur quinquennio, vel viceunio. nu. 48.*
49 *Mulier ex adulterio filiũ procreans, quem maritus ſuum credit an hoc ei reuelare teneatur Et quid ad exonerationem conſcientiæ hoc caſu facere debeat, & an filio ſpurio hoc reuelare teneatur. nu. 50.*
51 *Matri aſſerenti, filium ex adulterio natum, de neceſſitate non creditur.*
52 *Mulier ex taciſito adulterio, filium procreans ad euitandũ præiudicium filiorum legitimorum, quæ remedia adhibere debeat, & nu. 53.*
54 *Adulter credens veriſimiliter filium ſuum eſſe, an teneatur patri putatiuo de expenſis, in educatione filii, erogatis.*
55 *Adulterium graue eſt peccatum, & multa inconuenientia ſecum adfert.*

VXOR perdit † dotem propter adulterium commiſſum, & violatam pudicitiam, *c. plerumque. extra. de don. inter vir. & vxor.* tenet glo. *in auth sed hodie. C. de adult.* Bernhar. Alph. *in ſuis collectan. in l. conſenſu. C. de repud. 462. ver. ad hunc tex* vbi ampliat, & multa motiua congerit. & Sali. cõmuniterq; Doct. *ibidem.* prout de dicta cõmuni atteſtantur Scribentes, *in rubr. Ext. de iud.* & Bolognettus *in rub. C. de eden. nu. 29.* Iul. Clar. *in lib 5 recep ſenten. §. adulterium. ver. & ſcias anm. 23.* & Lancellot. Conrad. *in ſuo breuiario lib. 1. cap. 9. de pratore tit. de adulteris. num. 13.* vbi etiam addit poſt Alex. *conſ. 184 nu 8. vol. 6* iſtam communem procedere, licet criminaliter non agatur. 1

Com. opin.

Vide in materia Pari. *conſ 54. nu 56. vol. 4.* vbi plus dicit, † quod mulieri adulteræ non ſint præſtanda alimenta, vel expenſæ, & *nu. 57.* etiamſi adulterium per viam exceptionis probatum ſit: contrarium tamen firmauit Iul. Clar. *in d. § adulterium ver. facta autem thori. n. 18* vbi teſtificatur quoque de communi. Sed cum prima opinione, tanquam veriori, quod maritus nõ teneatur, ſtante ſeparatione matrimonii quoad thorum, & lucratione dotis vxorem alimentare, concurrit Anto. Corſettus *in ſuo Repertor. in verbo. adulterium. ver. ſi propter adulterium ſeparetur matrimonium.* quæ opinio abſque difficultate procederet, ſi vxor perſeueraret, & permaneret in adulterio: tunc enim maritus poſſet vxori, manenti in adulterio, neceſſaria denegare, ita Abb. *in c. ſi vir. ver. item dubitatur. de adult.* & Ant Corſet. *in Repert in verbo, adulterium. ver maritus poteſt vxori manenti in adulterio.* Et ratio hæc eſt, quia male mariti egeſtate laborare debent, vt *in c. bona fides. ff. depo.* & alia etiam de cauſa: nam quando mulier non eſt in ſeruitio mariti, ob ſuam culpam, nõ tenetur maritus eã alere, ita Rom. *in l ſi cum dotem. §. ſi maritus nu 25. ff. ſolut. matr.* & hæc eſt communis, concorſq; omnium in iure Scribentium opinio, atteſtante Grato *conſ. 57. viſa. in fi. vol. 1.* 2

Com. opin.

Com. opin.

Verum ſi maritus † expelleret vxorem, ob adulterium non manifeſtum, atque notorium, ſi poſtea ageret mulier contra eum, pro alimentis, nõ habens vnde ſe aleret, aſſerendo, ac opponendo, huiuſmodi prætenſum adulteriũ non priuare alimentis, ſed ſubſecuta ſententia, tunc vtiq; ei præſtanda eſſent alimenta lite pendente, & ſic vxor alimenta tunc petere poſſet, donec & quouſq; eſſet adulteriũ declaratum per ſententiam, ſed ſecuta ſententia denegarentur: ita Federic de Senis *conſ. 131 Domino Corrado.* Card & Io. de Anan. *in c. fi. in fine. de adult.* & Ant. Corſet. *in Repert. in verbo, adulterium. ver adulteria plura an dicantur commiſſa poſt mod.* 3

Et verſa † vice ſi vxor recederet à viro adultero, fieretq; diuortium, ſeruatis de iure ſeruandis, tunc vtiq; eſſet reſtituẽda dos mulieri, nec teneretur ipſa ex ea tunc alere maritum, vt *in c. 1. § ſi hominem. de pace tenen. & eius viol.* vbi dicitur, quod ex bonis, quæ alicui auferuntur ex delicto, non debeat delinquens alimentari, prout hoc idem firmat etiam, altera quoq; ratione Iacob. de Graffis *in deciſionib. caſuum conſcientiæ. c. 83. ſub nu 6 lib 2. fol. 197.* 4

6 Quinetiam † ſi maritus ſit adulteratus, poterit vxor petere ſeparationem matrimonii quoad thorum, & tunc etiam lucratur donationem propter nuptias, *c.1.& 2.vt lit.non conteſt.* Doct. notant, *in c. tuæ fraternitas, de adult.* & Ant. Corſett. *in Repert. in verbo, adulterium, verſic. ſi propter adulterium ſeparetur matrimonium.*

7 Ampliatur † autem prędicta communis opinio eatenus procedere, vt mulier perdat etiã donationem propter nuptias, ſi maritus eam accuſauerit, & ſententiam reportauerit quoad ſeparationem thori. *l. conſenſu C. de repudiis.*

Licet Gl. *in d. c. plerumq.*, exprefſe velit, quod amittat tantum paraphernalia, quam Gl. dicit communiter approbari ab omnibus Scriben. variis in locis, Boer. *in deciſ.* 338. *num* 2. & Couarru. *in epit. de matrimonio, in 2. part. c.* 7 § 6. *num.* 2. *fol. part.* 135. & ſequitur Gerar *ſing* 48. & ſingularem inquit Rum. *ſing.* 315. *propter adulterium* Iaſ. *in l.* 1. *ff. ſol. matr.* & Marſil. *in l. pater marito, nu.* 3 *ff. de q.* Adde Iul. Clar. *in d. §. adulterium, nu.* 15. *verſic. adde quod propter adulterium.* Soc. Iun. *in rub ff. ſol. matr. in 2. par. num.* 113. Rip. *in rub ext. de iud. nu.* 12. Curt. Iun. *in rub ff de iudi.. nu* 5. & Bald. *in l.* 1. *C. de edend. nu.* 22. *& in c. tua. circa fin. Ext de procur.*

8 Sed aduerte, † quod ad hoc, vt mulier dote priuetur propter adulterium, neceſſe ſit, vt vere probetur adulterium, non autem per coniecturas, & præſumptiones, vt conſuluit Pet. de Anchara *conſil.* 409. *Pro tanti viri ſententia.*

9 An autem † mulier amittat dotem propter oſculum luxurioſum, vel tactum mamillarum, ſeu partis inferioris, ſicut per adulterium ipſum ? hoc late, abundeque ad partes diſcutitur nouiſſime per Bolognettum *in rubric. de eden. num.* 2. *cum ſeq.* & per Ant. Guibert. *in tract. de dotib. & earum iure c.* 6. *nu.* 35. *& ſeq.* & per Vincent. Maxill. *in conſuetud. Ciuitatis Bari, in rubr. de dot. int. vir. & nu.* 7 Sed Bald. *in c tua de procur.* tenet quod ſic idemque firmat Gloſſ. *in l.* 1. *ff. de variis, & extraord. crimin.* Ripa *in rub. de ſolum.* 3. Ioan. Baptiſta Ferretus *conſil.* 389. *R. dem ... noſtri inuocato ſuffragio, in cauſa nobilis D Catharinæ de Medicis, ſub nu.* 1. *cum aliis ſequen volum.* 2. Ozerius *in §. eſt autem. num* 2. *cum aliis ſeq. Inſtit. de hered. inſti. uen.* Vrſillus *in addit. Afflicti, deciſ.* 61. *ſub numer.* 3 *circa fin. de num.* Curt. Iun & Fellon *ind. rub. C. de eden. numer.* 81. vbi ſcribit ſimul cum aliis Moder. opinionem iſtam Baldi communem eſſe, & Couarru. *in l. §* 6. *num.* 3 & æquam, ſubſtentabilemque vocat, eam amplectendo, Berous *in rubr. de iudic. iis, num.* 21 *& ſequen.* & Sylua Nuptialis cum aliis aggregatis *ibi, libr.* 4. *ſub numer.* 76. *cum aliis ſequentibus.*

10 Vbi † etiam *nu.* 26. firmat, & probat, oſculum libidinoſum eſſe peccatum mortale. Et D. Iacob. de Graffiis *in deciſ. cas. conſcient. c.* 75. *nu.* 4. *lib.* 1. *fol.* 183. vbi hoc etiam amplificat procedere etiam inter coniugatos, probabiliter ex tactibus, vel oſculis, interuenientib. inter coniugatos ſeminatur extra vas naturale corruptio. Et nihil mirũ, quia vbi maius peri-

11 culum verſatur ibi cautius eſt agendum, *l.* 1. *§ ſi quis. ff de Carbon. edict. Et l. manifeſtiſſimi. C. de furt.* ita vt imputetur ei, qui ſe ponit in periculo. *l.* 1. *§ Mela in pr. ff. ad l. Aquil.* Nã Seneca teſte in Hercule furente, tragœdia; *Nemo ſe tuto periculis offerre tam crebro poteſt, Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit*, teſte etiã Ouidio *de art. amand lib.* 2. *Quum mora non tuta eſt, totis incumbere remis, ... & aſſiduo ſubdere calcar equo*, & facit text. ad hoc idem *in cap.* 2. 30. *q.* 5. vbi dicit Romanus Pontifex, *ad noſtrum reatum tendit, ſi maternarum regula ſanctionum in his conſentientibus, vel negligentib. violentur.*

Et quamuis † aliqui Doct. ampliare ſtuduerint 12 hanc Baldi communem traditionem, modo recitatam, quod locum obtineat, non ſolum quoad priuationem dotis, vxoris oſculatæ, verum etiam quoad puniendum eam criminaliter, etiam de adulterio, quorũ opinionem ſequendam eſſe cũ grano ſalis teſtificatur Iul. Clar. *in præalleg. §. adulteriũ, ſub n.* 16.

Imo † communis opinio hæc obſeruatur in Re- 13 gno, ob *cap. Regis Roberti.* 262. *Vt fine.* in quo ſtatuitur, mulierem patientem ſe oſculari, ipſo facto perdere omnes dotes, tam receptas, quam recepturas atque penitus ſpoliari, priuarique paterna, & materna ſucceſſione; & oſculantes mulieres per vim, puniri vltimi ſupplicii, & confiſcationis omnium bonorum tam mobilium, quam ſtabilium pœnã, & *d. cap.* 262. *Vt fine.* obſeruatur in toto Regno, ſecundum pragmaticam; *Philippus Dei gratia.* ampliantem *ipſum c.* ſpecifice, & expreſſe.

Sed † hoc procederet duntaxat in oſculo, quod 14 ad ſollicitandum carnem dirigeretur, non autem in quolibet alio oſculo: quoniam oſculum, quod in ſignum pacis, & veri amoris præſtatur, non ſolum, non eſt peccatum ſed potius eſt actus virtutis, ſicut & ipſa pax, cuius eſt ſignum. Chriſti enim Diſcipuli, ſe inuicem oſculantes, ſignum pacis, & veri amoris, oſculo præbebant: Quapropter, etiam Iudas hoc ſignum Iudæis dederat, dicens: quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete. Nam cum Diſcipuli Chriſti aliunde remeabant ad Chriſtum, oſculum ori illius in ſignum pacis infigebant: hoc fecit & Iudas, ut tali ſigno proderet Chriſtum: ideo Chriſtus dixit illi: Oſculo filium hominis tradis? & hanc limitationem ſequitur Cagnolus, cum aliis Moder. *in d. rub. C. de eden ſub num.* 34.

Præterea, † nec omne oſculum, quod cauſa ſolli- 15 citandæ carnis præſtatur, peccatum eſt, præcipue, ſi coitus ille, ad quem dirigitur, licitus ſit, vt in coniugibus contingit. Si enim exigat vxor à viro, vt coeat cum ea, & vt hoc debitum vxori præſtet, vir oſculetur vxorem, vt videlicet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum, quod alias reddere non poſſet, non ſolum non eſt peccatum tale oſculum, ſed etiam virtutis actus, ſicut & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ, cum per illum vir reddat vxori quod illius eſt, & Beguinæ, & Begardi, aſſerentes contrarium, huiuſmodi oſculum eſſe peccatum, vt hæretici fuerunt damnati in Concilio Viennenſi, ſub Clemente V. celebrato, Cuius concilii diffinitio habetur *in cap. ad noſtrum. de hæret.* Et vt attingamus centrum præſentis ſpeculationis, concludendum eſt, quod vir oſculando mulierem, efficiatur alacrior, ita Campeus *in tract. dot. in* 1 *par. q.* 79. *poſt nu.* 2.

Item limitatur mentionata opinio Bald & ſequacium communis, in tribus aliis caſibus, traditis per Cagnolum, *in d. rub. de edem. nu.* 34.

¶ Sed ipſa concluſio in princip. poſita, ita & taliter † explicita, fallit in vxore putatiua ſeu de facto, 16 quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium, ſicut vera, ſecundum Gl. *in d. l. conſenſu, in ver. Sibi.* quam ſimpliciter ſequitur Alexan. *in l.* 2. *alias, ſi dotem. §. ſi. col.* 2 *ff. ſoluto matrim.* Bertach. *in ſuo repert. in verb. Adulter verſ* 43. *in verſic. Maritus adulter, verſ.* 3. *& in Vxor adultera, verſ.* 7.

¶ Et iſta Gloſſ. comprobatur per dictum Calder. poſt Lapum, *in Clemen.* 1. *colum.* 2. *quæſt.* 3. *de priuileg.* vbi aiunt, quod illa Clemen. puniens religioſos, non habeat locum in religioſis de facto, quorum religio eſt reprobata: quia eis nõ conuenit qualitas religionis, quod dictum ſequitur Feli. *in cap. aſcendentes, col.* 3.

commiſſo per vxorem, quemadmodum poteſt religionem intrare, vide Abb. hoc reſoluentem, *in c. plerunq. in Gl. 1. de donat. inter vir. & vxor.*

28 Sed, † marito ignorante, adulterium committens, ab eius hæredibus ad amiſſionem dotis accuſari poſſet, ita Cyn. *in l. fina. C. de renocan. donat.* Anchar. & Abb. *col. 3. in c. fi. de donationib.* Præpoſ. *in d. c. plerunque, col. 2.* Rom. & Aret. *col. fi. in dicto §. hæredis,* Marſil. *in leg. vnica, num 67. C. de rap. virg.* Tiraquel. *in leg. ſi vnquam, verſ. Suſceperit, num. 176. C. de reuoc. donat.* & Ant. Guibertus *in tract. de dotibus, & earum iure. c. 6. ſub numer. 28. & ſeq.* & opinionem hanc ſcribit communem eſſe Ripa *in d. leg. fina. C. de renocan. donat. q. 61.* & ſeruari in practica ait Alex. *in d. §. hæredis.* Licet Angel. Aret. *in §.*
29 *alia in fin. tit. de donat* firmauerit contrarium, † quod hæres vxorem mariti, de adulterio accuſare nõ poſſit, quæ opinio procedere poſſet, ſi maritus habuiſſet notitiam dum viueret, de adulterio vxoris, & tacuiſſet; tunc enim hæres mariti nõ poteſt vxori obiicere adulterium, ad effectũ impediendi exactionem dotis, vt determinat Bar. *in l. rei iudicatæ, per illum textum, ff. ſolut. matrim.* Abb. *in c. plerunq. in verſ. ſecundo quæro, de donat. inter vir. & vxor* & Ant. Corſett. *in Reper. in verbo adulterium, verſ. an hæres,* Io. Bapt. Ferrett. *conſil. 360. communis eſt opinio, num. 1. vol. 2.* vbi planum quoque facit, iſtam eſſe communem ſententiam, cui aſſentitur etiam Paul. Caſtren. *conſil. 402. hæc mulier, in fin. vol. 1.* quod non poſſit de adulterio vxoris, hæres mariti conqueri, cum conqueſtus non eſt maritus ipſe, in vita ſua, & quod huiuſcemodi querelæ tunc, tanquam odioſæ, ad hæredes non tranſmittantur, niſi propoſitæ ſint per teſtatorem, & hanc eandem diſtinctionem approbauit etiam Signorol. de Homodeis *conſ. 50 in q. 1. & 2.* quod aut maritus viuens, ignorauit adulterium, aut ſciuit, aut dubitatur, & concludit tam in primo, quam in tertio caſu, hæredes mariti poſſe conqueri contra vxorem de adulterio, cum non præſumatur maritum diſſimulaſſe, adulterium, ac remiſiſſe, nec potuiſſe remittere iniuriam de qua ignorabat, & nullam notitiam habebat, ita vt in hoc tertio quoque caſu, quando dubitatur, an maritus talem notitiam habuerit, firmat quoq; Signorol. *eo in loco, in fine,* quod in dubio præſumatur, maritum adulterium hoc ignoraſſe, & eiuſmodi diſtinctionem commendauit ſimiliter Bald. *conſ. 302 & dos prædicta poſſit repeti, & conſil. 303. volu. 3.* quod dos debeat reſtitui vxori per hæredes mariti, ſtante ſcientia viri de adulterio, ſecus vero ignorantia, in tantum, quod ob ignorantiam viri, adulterũ ſuæ vxoris, hæredes poſſint obiicere contra eam de adulterio, atque dotem retinere, & iſta diſcernitur verior, receptiorq; opinio, atteſtante Franciſco de Caldes, cum ſuo neceſſario apparatu, *in l. ſi curatorem habens, C. de in integ. reſti. minoris, in verbo læſis, n. 26.*

30 Idem † videmus quoque in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, ſuperſtite filio, de hoc nõ conquerente, his ſtantibus, ſi filius decedat, non priuatur eius hæreditate: quia filius non conquerendo de matre, videtur iniuriam ſibi factam per eam, remiſiſſe per dictum tranſitum, vt tradit Bald. *in authen. ex teſtamento, col. 2. C. de 2. nupt.* Deci. *conſ. 206. col. 2.* Ripa, *in l. fi. C. de renoc. donat. q. 61 col. 2.*

31 Tertio coarctatur dicta concluſio, non procedere in vidua, quæ non priuatur dote propter ſtuprum in viduitate commiſſum, ſecundum Alex. & Iaſ. *in l. fideicommiſſum C. de fideicommiſſ.* Brunum *in tract. quod ſtantibus maſculis, art. 6. nu. 305. & ſeq.* Vincent. Maxill. *in conſuet. Ciuitatis Bari, in rubr. de donat. inter vir. & vxor. num. 73.* Arium Pinel. *in l. fin. ſub num. 9. & ſeq. C. de bon. matr.* & Roland. à Valle cum cæteris aggregatis per eum, *conſ. 86 num. 20. cum aliis ſeq. vol. 2.* vbi conſuluit pro iſta parte, atque affirmauit, eam eſſe communem Alexan. *in l. ſororem. C. de his quib. vt indig.* Soc. Iun. *conſ. 111 num. 9. ver. vnde ſi propter vol. 3.* vbi tale ſtuprum in vidua, multi appellant adulterium fictum, & Sebaſt. Med. *in tract. Mors omnia ſoluit, in 3 par. nu 38.* Sed tamen ſibi parum conſtans, contrarium firmatur *n. 170.* vbi dat diſtinctionem ex authoritate deciſ. Pedem. *77 n. 37.* Et potiſſimum ſtuprum non committitur cum vidua vilis conditionis, ita Grau. *conſ. 166. licet poſt. num. 6.* qui allegat Bald. *conſ. 206 col. 2. poſt medium, lib. 3.* & partus ex tali vidua non dicitur ſpurius, vt ibi. ¶ Licet Paul de Caſtr. *in l. ſororem. C. de his, qui. vt indig. in d. l. fideicommiſſum, & conſ. 147. vol. 1.* Præpoſ. *in d. c. plerunq. col. 3.* Feli. *in c. paſtoralis, de iudic.* Getar. *ſingul. 48.* Marſil. *ſing 416. & in d. l. vnica, num. 53.* & Iaſ. *in l. 2. nu. 5. ff. ſolu. matr.* Ioan. Lupi *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor § 67 n. 6. cum aliis ſeq.* & ibi etiam Bernard. Diaz *in addit. in litera A.* Laurent. Syluan. *conſ. 2. nu. 37. & conſ. 6. Aemilio bona ſibi à Plautio, patre teſtatore relicta, num. 17.* aſſeruerint contrarium, videlicet, quod vidua, mortuo marito, ſtuprum committens, perinde dotem amittat, ac ſi viuente marito adulterium cõmiſiſſet. Et quamuis hoc non auſus ſit firmare Ruin. *conſ. 115. nu. 2. vol. 3.* propter diſcrepantiam tantorum patrum, tamen mihi magis placet opinio Paul. de Caſtr. omiſſis diſputationibus, cæteriſq; rationibus, quæ ad confirmationem, prædictæ ſententiæ Paul. Caſtren. adduci poſſunt: quia per ſeſe patent, & eminent, quam ſequuntur etiam, aſſeruntq; magis communem, cum relatis per eos Alciat. *in c. omnes, nu. 8. de præſumt. & remiſ.* Mich. Ciſuentes *ſuper leges Tauri, in l. 14. num. 4* Iul. Clar. *in pract. crim. in §. ſtuprum, in verſic. Sed nunquid vidua,* & Ant. Gubertus *in tract. de dotib. & ear. iure. c. 6. num. 30. cum aliis ſeq.* vbi tollit fere omnia obſtacula contraria, & ita conſuluit Bertrau. *conſ. 119. ſi poſt mortem probi quondam viri volum. 8.* & Ant. Galeat. Maluaticeus *in conſ. 85. Vidua, per tot. poſito inter conſilia matrimonialia diuerſorum, collecta per Ioan. Bapt. Zilettum, vol. 1* & ſimiliter apparet magis communis, ex citatis per Rolan. *in d. l. fi. C. de bon. mater. nu. 9.* & per Ant. Galeatium Maluaticeum *in d. conſ. 85. nu. 11. cum omnibus aliis ſeq.* & ita iudicari vidimus aliquibus vicib. in Regno, & ſtatu Eccleſiæ, in nonnullis excluſis, quæ ſilentio ſupprimuntur.

Quarto † claudicat dicta concluſio in muliere, 32
exiſtente in patria poteſtate, tempore perpetrati delicti, quæ ſic adulterando, non poteſt in dote patri nocere ſecundum Speculat. *in tit. de dote poſt diuor. reſtit. § ſormatur, verſ. Quod ſi filia* Dyn. Bald. & alios *in l. 2. §. quod ſi in patris, per illum textum. ff. ſoluto matr.* & Bart. *in d. §. voluntatem, eadem l.* & Docto. omnes communiter *in c. ex literis, de pignor.*

Si vero † mulier ſit ſui iuris effecta, & ſic actio de 33
dote ſit in eam conſolidata *l. vnica § videamus. C. de rei vxor. actio.* amittit dotem, ex adulterio prius commiſſo, vt eleganter per Bart. *in præalleg. § quod ſi in patris, circa finem.* & Paul. de Caſtro. *ibidem, in verſ. Item ſi voluntate.*

Quinto † fallit, in hoc etiam caſu, videlicet, ſi 34
ſententia diuortii lata foret propter adulterũ vxoris, & vir fornicetur, cogitur n. tunc vxorem in conſortiũ coniugale admittere. tex. eſt ſingularis, ſecundũ Abb. *ibi in c. ex literis, de diuort.* Gl. Anch. Ant. & Anan. *in c. fin. de adulter.* vbi Abb. recitat iſtam eſſe communem opinionem, ſequiturque Præpo. *in d. c. ex literis,* & communem dicit Felin. *in c. lator, numer. 9. de re iudic.* atque ſequitur, & æquiorem prædicat Gulиel.

Mayne-

adulterium non perdat dotem, neq; paraphernalia authoritatib. roboratos refert, & enumerat, & Iac. de Graſſis & in *deciſionib. caſuum conſcientiæ, c. 83. nu. 5. lib. 2. fol. 197.* & Boer. *deciſ. 338. quo ad 2. q. verum videtur, nu. 9. & ſeqq.* vbi ponit, & reſoluit etiam duos caſus, in quib. mulier ob adulteriũ non perdat dotem, videlicet, ſi ea haberet patrem, vel haberet filios ex primo matrimonio, & Lancellott. Conrad. *in ſuo Breuiario, lib. 2. c. 9. tit. de adulteriis, nu. 24. fol. 385.*

Sed animaduerte, quod hæc reconciliatio intelligatur facta, poſt peractam pœnitentiam per vxorem adulteram, & non aliter, nec alio modo, vt explicat Paul. Caſtr. *conſ. 401. hæc mulier, vol. 1.* Eſt tamen bene verum, quod adulterio ſimplex tollatur quinquennio, *l. mariti, §. hoc quinquennium, & l. vim paſſam, §. præſcriptionem ff. de adult.* Follerius notat *in pract. crim. in rub. formidetentur, nu. 19.* Vbi hoc limitat non procedere in adulterio cum inceſtu, Et ſucd *conſ. 33. Extat decretum, ſub n. 11. & ſeq.* tunc n. vt probat Follerius, *Vbi ſupra*, adulteriũ hoc cum inceſtu proſcribitur ſpacio 20. annorũ. Sed aduerte, † quod ſi mulier adultera, 49 ſi ex adulterio filium conciperet, ac pareret, quem vir crederet ſuum, non teneretur aliquo modo hoc reuelare marito, vbi immineret aliquod ſequentiũ periculorum. ¶ *Primum n. periculum eſſet infamia* ſuppliſus: nam hoc reuelando, ſi prius erat bonæ famæ apud virum ſuum, ipſo facto inciperet eſſe malæ qualitatis, & famæ apud eundem, & conſequenter ſe ipſam diffamaret, & ſcandalizaret & turpiſſime. Et de hoc ſcandalo, cõplura ad propoſitũ vtiliter ſcribit Couarruuias *in reg. peccatum in 1. par. relect. n. 4. verſ. Illud ſane primo loco, fol. parte 13.* Hęc aũt diffamatio foret valde periculoſa, & ſignanter in muliere. Nam, vt habetur *Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* ¶ Secundum periculum eſt odii mortalis quia propter adulterium aliqui viri adeo exoſas habuerunt vxores ſuas, vt ipſas occiderint, vna cum adulteris ſuis. ¶ Tertium periculum eſt dimiſſionis nam, vbi hoc innoteſceret viro, poſſet de facili vxorem ſuam derelinquere, vel à ſe abiicere, quo facto vterq; poſſet faciliter adulterari: Inſuper ex tali dimiſſione poſſent maxima odia oriri inter parentes mulieris, & virũ ſuum. ¶ Quartum periculum dicitur improbabilitatis, in tali n. caſu, nec vir, nec filius, nec etiam publicus Iudex tenetur credere mulieri hoc reuelanti: niſi forſitan probet dictum ſuum per infallibilia ſigna, aut per violentas probationes, ſiue per idoneos teſtes, & ſic addatur ſcandalum ſcandalo. In hac materia vide adducta per Nauar. *in c. 16. de ſexto præcep. decalogi, non mœchaberis, verſ. mulier quæ fingit ſe habere filium, aut ex adulterio genitus, nu. 43. cum aliis ſeqq. fol. 179. & ſeq. in c. officii, ext. de pœnit. & remiſſ.* vbi Abb. Quid ergo † agere debet talis mulier adulte- 50 ra, pro exoneratione ſuę conſcientiæ? ad hoc dicunt communiter Theologi, quod ſi præmoneatur viro ſuo, debeat hoc dicere ſuo confeſſori extra cõfeſſionem, etiam in præſentia aliquorum, ſi videretur ei bonum, & expediens: cum hac conditione, ſeu expreſſa promiſſione, & proteſtatione præmiſſa, quod iſti non vellent eam ſcandalizare, ſi rediret ad ſanitatem, & quod ea mortua, hoc factũ notificent viro ſuo; ad hoc, ne filius putatiuus occupet in toto, vel in parte hæreditatem patris putatiui, in præiudiciũ verorum hæredum. ¶ Dicit tamen S. Antoninus *in ſua ſumma, in 2. par. tit. 2. c. 7. verſ. 4.* quod mulier adultera teneatur in tribus caſibus reuelare mentionatum factum marito ſuo, ſeu aliis perſonis extra confeſſionem.

¶ Primus caſus eſt, ſi ipſa foret apud maritum ſuum, & alias perſonas vehementer, & grauiſſime ſuſpecta de adulterio.

¶ Secundus caſus eſt, ſi vehementer, aut valde certa eſſet, aut probabiliter crederet, quod nullum de ſupradictis periculis ſequeretur, vt puta ſi vir eius ſuſtinuit, ſiue conſenſit in adulterium eius: Nã aliqui (ſignanter pauperes) libenter hoc ſuſtinẽt: quinimo quandoque tradunt vxores ſuas diuitibus, vt ab eis ſuſtentetur, & iſta eſt communis opinio, & ab omnibus Doctoribus Theologis, & Canoniſtis concorditer recepta, vt deducit Couarr. *in d. reg. peccatum, in 1. par. in prin. ſub n. 4. ver. Tertium conſtat omnium ſententia, fol. 38.*

¶ Tertius caſus eſt, ſi firmiter præſumat, quod filius ſpurius cederet bonis mariti ſui: & talis filius ex verbis matris, crederet indubitanter ſe ſpurium. Tamẽ, vt inquit, ſeu aduertit Scotus, qui quam optime diſcurrit hanc materiam, *in 4. ſentent. diſtin. 15. q. 2.* paucos reperiri, qui ſint ita perfecti, vt velint, paratique ſint, pro conſeruanda iuſtitia in foro Dei, dimittere magnas poſſeſſiones, quas poſſunt retinere iure fori, id eſt, in exteriori foro, & qui inſuper velint ſpurii reputari: & ideo matres non teneantur hoc reuelare huiuſmodi filiis niſi ſint multum expertæ de bonitate talium: non enim debent ſe exponere periculo diffamationis apud filios ſuos, propter euentum incertum, vt firmat Couarruuias, *vbi ſupra, verſ. ſecundo illud eſt obſeruandum.* Vbi ergo iſta tria concurrerent, quod difficillimum eſt, talis adultera deberet, teneretur que dictum factum marito, ſiue tutoribus filiorum ſuorum, poſt mortem patris reuelare, ad exonerandũ conſcientiam ſuam, & ad conſeruandum legitimos hæredes mariti ſui indemnes.

Nec tamen debet manifeſtare adulterum, propter periculum perſonæ vitandum, & ne infametur ſiue ſcandalizetur.

¶ Reſolutiue † ergo concludendum eſt, quod 51 ſi talis filius, ex aſſertione matris credat indubitanter ſe ſpurium, tenetur omnia bona, quæ habuit à patre putatiuo, reſtituere cæteris filiis, ſeu hæredib. patris, & ad hoc tenetur ſecundum Deum, ſiue iure poli, nõ tamen iure humano, ſeu iure fori: quia filius matri hoc aſſeueranti credere non tenetur, ſecundum Gl. *in l. ſi poſthumus. § fin ff. de liber. & poſthum. & in c. officii, de pœnit. & remiſſ.* etiamſi ſciret matrem adulterium cõmiſiſſe, quod omnes Doct. communiter fatentur, *in l. filium ff. de his qui ſunt ſui, & in c. per tuas, de probat.* ſi autem filius non haberet ſufficientem cauſam, & rationem hoc credendi, tunc nullo iure teneretur huiuſmodi bona percepta, aut percipienda à patre putatiuo, reſtituere. Et inſuper ſi ante dictam manifeſtationem, talis filius putatiuus iam aliqua conſumpſiſſet de bonis mariti ſui, ipſa teneretur in quantum poſſet ſatisfacere, potiſſimum ſi haberet paraphernalia, aut de lucro ſuo, & huiuſmodi.

Cæterum † quid agere debeat mulier adultera, 52 in caſu præmiſſo, ſi antedicta remedia non prodeſſent, aut locum habere poſſent? reſpondet Scotus *vbi ſupra*, aſſignans triplex remedium.

¶ Primum eſt, quod quantum poteſt, debitis, & honeſtis remediis inducat talem filiũ ad religionis ingreſſum, vbi tamen regulariter viuitur, ne ſcilicet cupiens vitare Charibdim, incidat in Scyllam.

¶ Secundum remedium eſt, vt fiat clericus, & quod caute prouideatur de diſpenſatione, tum ad ſacros ordines ſuſcipiẽdos, tũ ad eccleſiaſtica beneficia acceptanda, & percipiẽda, quib. perceptis, merito iam contentus dimittat hæreditatem patris putatiui legitimis filiis in ſeculo remanentibus. Si tamen

men per nullam perſuaſionem honeſtam mulier hæc flectere poſſet cor talis filii, vt hæreditatem dimitteret, non videtur, quod debeat ſe prodere illi, cum certa non videret, quod debeat ſe prodere illi, cum certa non ſit, quod talis, ab ea inperſuaſibilis, in aliis tam licitis, & honeſtis, flecteretur ex illa reuelatione: imo tenacius forte retineret hæreditatem, ne ſpurius putaretur, maxime, cum talem notam maxime caueant male nati.

§ Tertium remedium eſt, quod ſi talis filius nollet intrare religionem, nec fieri eccleſiaſticus, laboret ipſa mater quantum poteſt, ne veri hæredes defraudentur hæreditate ſua, ſiue in toto, ſiue in parte, ita ſcilicet, quod laboribus, & ſudoribus ſuis ſuperroget ſuper illud, quod tenetur, ratione vinculi matrimonialis, vel etiam de paraphernalibus, ſi habeat, aut de dote ſua, tenens ſia in ſua poteſtate, ſeu in manibus ſuis. Per talia ergo remedia ſtudeat antedicta mulier reddere tam virum ſuum, quam legitimos hæredes indemnes.

53 Siquidem Theologi, ac Canoniſtæ communiter, & concorditer videntur hoc firmare, quod adultera patrimonium, habens, ex quo poſſit commode legitimis hæredibus mariti, damnum illatum reſarcire, teneatur id omnino facere: cum reſtitutio hæc ſatisfieri poſſit ſine iactura famæ, & honoris ipſius adulteræ: prout teſtatur Couarru. *in d. reg. peccatum, in 2. par. in princ. ſub nu. 4. verſ. Primum quidem Theologi. ſol. par. 96* Sed ſi nec hoc, nec alio modo, prouidere poſſit eadem adultera caſui mentionato, tunc doleat, quod nō poſſit aliter ſatisfacere, proponendo, quod ſi quandoq; perueneꝛit ad pinguiorem fortunam, melius aget, ſpreta cautela, ſeu remedio, tradito per Alciat. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 37.* re recta ſimiliter à Couarru. *vbi ſupra, verſ. Nec mihi placet cautela, ſol. par. 40.*

54 Et licet † ipſa adultera compenſare nequeat ſufficienter expenſas, quas eius filius ſpurius fecit in domo patris putatiui, nihilominus tunc adulter, ſciens vel veriſimiliter credens, dictum filium eſſe ſuum, teneretur patri putatiuo de huiuſmodi expenſis, factis in educatione talis filii, ſecundum tamen poſſibilitatem ſuam, vt concludit S. Antoninus *in ſua ſumma, in 2. part. tit. 2. c. 7. §. 4.* Et huius ratio eſt, quia adulter dedit cauſam efficacem tali damno: & ſic dans cauſam damni, damnum dediſſe videtur. *cap. ſicut, de iuſt. & attēſt. & c. ſi culpa. Extra de iniuriis, & dam. da. l. nihil intereſt ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & l. alienatis. § ſicuti. ff. de offic. præſ.* Si vero adulter de hoc dubitaret, forte ex eo, quod mulier eſſet leuis, & cum aliis adulteraretur, vel quia eadem adultera dubitaret; vtrum talis filius eſſet mariti ſui, vel adulteri: tunc relinqueretur iudicio Dei, cui omnia nuda ſunt, & aperta. Nec ſtante huiuſmodi dubio, videtur obligari ad reſtitutionem. Nam indecens eſt, vt in re dubia certa detur ſententia *c. ſi habuiſſe. 33. diſtin.* Et ſic patet diffuſe, quomodo mulier, quæ ex adulterio concepit, teneatur ad reſtitutionem bonorum, quæ conſumit, aut percipit filius eius ſpurius. Patet etiam quomodo debeat prouidere ſuæ ſaluti, & vt reddat filios ſuos legitimos indemnes, quoad hæreditatē patris.

Patet † ſimiliter grauitas peccati adulterii, quod 55 implicat in ſe multa inconuenientia, à quibus infelices, & infœliciſſimæ mulieres ex adulterio concipientes, raro ſe debite abſoluunt, ſiue propter ignorantiam agendorum, ſiue propter euitandum ſcandalum. Aduertendum ergo eſt, vt ab eis, ſi quæ ſunt efficaciter, integraliterve, aut ſaltem pro poſſe, reſtituantur, vt nobis ab omnipotenti Deo remittantur debita noſtra. Nam ſi pro poſſe, aliena reſtituerimus, bono, & pro affectu, reſtituet etiam nobis Dominus gratiam ſuam in præſenti, & tandem conferet gloriam in futuro.

§ Ecce, Doctores chariſſimi, annis 40. iam expletis ſane, gratias agamus Deo, à quo eruditi ſumus & cuius auxilio interpretationem huiuſce ſuſcepti negotii, totius fere corporis Canonici, & Ciuilis, ad compendium, finemq; perduximus, quam in honorem omnipotentis Dei, ad communem mortalium vtilitatē, vt in canone præcipitur, intendimus. Si neuus aliquis apparebit, aut error vobis occurret: humanæ fragilitati, mentisq; imbecillitati imputabitis: ſi quid autem boni hic erit, laudetur ille, à quo omnia bona procedunt, & qui eius benignitate etiam indignis, & peccatorib. doctrinam, & gratiam intellectus elargitur, prout mihi miſerrimo peccatori idē omnium Creator, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, gratiam elargitus fuit quadraginta annis cōtinuis militandi in hac legali ſcientia, patrocinandi, iudicandi, atque ſcribendi, ita vt dies ille iucundiſſimus mihi fuerit, quo, maieſtate cœleſti ſuggerente, & eius diuina pietate opitulante: cui immortales agere, & habere debemus gratias: cum referendi nulla ſit nobis relicta poteſtas tam difficile, tam dulce, tam amœnum, tam inſperatum, tam diuinum, tam magnum, tam vtile, & neceſſarium, & tam denique immortale ſuſceptum opus perfectum fuit. Exultemus igitur, ac ſeno nobiſcum triumphemus, glorienturque Iuriſconſulti omnes, re tam bene, tam fauſte, & tam feliciter geſta, & multoq; ouanter nunc feſtos ducemus dies, nā venit poſt multos vna ſerena dies tantoque magis, cum ex hac Sylua, quæ velut Theſei filo ductus; ex legum, pariter & canonum labyrintho faciliме ſeſe extricare poſſis.

LAVS DEO.

LIBRI TERTII ET VLTIMI

FINIS.

INDEX

INDEX IN SYLVAM, SEV TRES LIBROS COMMVNIVM OPINIONVM D. FRANCISCI VIVII, IC. AQVILANI, ARGVMENTA, SEV EPITOMEN CVIuſque opinionis, prout eæ ab Authore ordine alphabetico locatæ ſunt, continens, interſertis vbique materiis, quæſtionibus, ac rebus notabilibus cuique loco, ſeu literæ congruentibus.

Argumenta Opinionum Lib. I. incipientium à Litera A.

Opin. 1. ABBAS ſolus, vel Monaſterium, an hereditatem, vel legatum monacho delatum, abſque eius conſenſu repudiare poſſit. & an monachus filio, vel ſeruo æquiparetur, & in Prælatum, vel Papam electus, an à poteſtate Abbatis liberetur. Item an Prælatus hereditatem, vel legatum Eccleſiæ delatum, abſque conſenſu Capituli repudiare poſſit.

2. Abbas, vel Abbatiſſa, eiuſque moniales an remunerationem aliquam ſine ſimonia recipere poſſint pro recipienda moniali op. 124 n. 16.

ABSENTI collatum beneficium an reuocari poſſit ante acceptationem op. 211. n. 14.

Abſenti ignoranti an per Notarium ſtipulationem acquiratur actio vtilis abſque ratificatione. opin. 541. nu. 2. Et an abſenti acquiratur, vel ab eo incurratur pœna pacis rupta, pro abſentibus facta, ante eorum ratificationem. Et an priuilegium abſenti & ignoranti collatum, ius aliquod tribuat ante acceptationem. opin 2[illegible]. n. 3. & ſeqq. Item an renunciatio litis vel alterius iuris facta abſenti proſit ante acceptationem ibid. nu 4. & 18.

2. ABSOLVTIONIS à iuramento cognitio, an ad ſolum Papam pertineat. & an talis abſolutio fieri poſſit parte non citata. Et an collitigantium inuiſum, abſolutio à iuramento peti poſſit, Abſolutus item ad agendum, [illegible] an etiam ad contractus reſciſsionem agere poſſit. Et an Abſolutio à iuramento proponi poſſit, non obſtante eius renunciatione in contractu facta. Item an minoribus 25. annis, donantibus omnia bona ſua cum iuramento, item filiabus nubentibus & renunciantibus bonis paternis cum iuramento, abſolutio à iuramento concedi poſſit.

3. Abſolutio ab excommunicatione iniuſta, an valeat, non præſtito iuramento ab abſoluto, & refuſis expenſis, & non citata parte aduerſa, & prauâ cauſa cognitione. Et an generalis abſolutio, poſt ſententiam declaratoriam ſufficiat.

4. ACTIONES, teſtamenta & contractus emphyteuticus, an iure gentium, vel ciuili ſint introducta. Et an contractus emphyteuticus, & legitimatio ad ſui ſubſtantiam ſcripturam requirat. Et an perditis inſtrumentis, emphyteuſis per ſolutiones cenſus probari poſſit.

5. Actiones, iura, & nomina debitorum, an comprehendantur in generali obligatione omnium bonorum. Et an actiones perſonales inter mobilia computentur.

6. Actio iniuriarum an competat contra dicentem, tu mentiris, ſaluo honore; vel; tu dicis falſum, vel, non dicis verum: & an veritas conuicii iniuriantem excuſet. Item, ſi quis ex iuſta cauſa aliquem traditorem, vel furem, vocet. Et an compenſatio in actione iniuriarum locum habeat. Poetarum item authoritas an allegari poſſit.

7. Actiones reales an tolli poſſint per præſcriptionem 30. vel 40. annorum, ſicut perſonales, & quid ſi mala fides intercedat, vel iuramentum, & quid de iure canonico obtineat.

8. Actiones datiuæ an [illegible] tranſmittantur ad heredes.

9. Actio redhibitoria præſcribitur ſex menſibus, etiam aduerſus eum, qui malam fidem habuit, in vtroque foro, & an tempus illud ignoranti currat. Item cui, & quando iſta actio competat, an etiam ei qui ſciuit rei vitium, & contra eum, qui animal vendidit cum proteſtatione, quod nolit de vllo vitio teneri. Et an propter ſellam vitioſam equus redhiberi poſſit.

10. Actio de dote, competens mulieri conſtante matrimonio, viro ad inopiam vergente, an cum iuramento alteri cedi poſſit.

11. Actio, ſeu condictio ex l. ſi quis argentum, §. fin. C. de donat. quæ agitur ex donatione, non vallata ſtipulatione, nec traditione, maxime ad pias cauſas, an ex pacto, vel ex lege oriatur propter pactum. Item an donatio cauſa mortis etiam nudo pacto perfici poſſit. Et an d. l. ſi quis argentum. etiam in donatione præſumpta, & in donatione facta locum habeat.

12. Actionem an producat promiſsio de donando, item de contrahendo, vxore ducenda, vendendo, & renunciando, facta cum iuramento.

13. Actio hypothecaria, & perſonalis de dote, an ſimul intentari poſſint in eodem libello. Et hypothecaria agens contra tertium quid probare debeat, & an bona principalis debitoris, & fideiuſſoris prius excutere debeat, etiamſi cum in inſtrumento, vltra obligationem bonorum appoſitum eſt conſtitutum vel precarium. Item an hypothecaria etiam competat pro hypotheca tacita, & rebus in domum conductam inuectis, in alium tranſlatis. Item an petitio hereditatis, & rei vendicatio in eodem libello cumulari poſſint. Et an hypothecaria, & perſonalis actio, item remedium can. redintegranda. competat ei, cui in beneficio penſio reſeruata fuit, quique eſt in poſſeſſione percipiendi, contra ſucceſſorem beneficii, pro conſequenda penſione.

14. Actio Seruiana, ſeu Interdictum Saluianum pro quibus rebus, & contra quem competat.

15. Actio Publiciana quid.

16. Actio Publiciana cui competat, & quid requiratur, vt actor in ea obtineat.

17. Actio Publiciana an Eccleſiæ ante poſſeſſionis traditionem competat.

18. Actio Publiciana an & quando competat contra titulo poſſidentem.

19. Actionis Publicianæ proponendæ quadruplex forma, & an cum petitorio alternatiue cumulari poſſit.

20. Actio Publiciana vt competat quæ requirantur ad obtinendum in ea.

Opin. 21. Actionis appellatione an veniat officium iudicis, & in quo hæc duo differant.

22. Actionis natiuitatem impedit dies tacita, non obligationis.

23. ACCVSATIO an vitietur, non expreſſo in libello loco delicti, & conſinibus.

24. Accuſator an diem, locum, annum, & menſem delicti in accuſatione exprimere debeat, & quid in cauſis ciuilibus.

25. Accuſatus, vel inquiſitus, pendente accuſatione ad dignitatem electus, an in ea relinquendus ſit, ſi poſtea ab accuſatione abſoluatur. Et ab accuſatus criminaliter poſſit eſſe teſtis contra alium in cauſa criminali.

26. Accuſare an poſſit infamis infamia iuris, item infamis infamia facti, & an concubinam alterius cognoſcens, à concubinario; & ſuperior à ſubdito, & dominus à famulis, ſeruus, & libertus ſuus, accuſari poſſint.

27. Accuſatio falſi, & cæterorum criminum, item inquiſitio ex officio iudicis formata an præſcriptione viceniali tollantur.

28. Accuſari an poſſit Iudæus poſt pœnitentiam, abſolutionem & baptiſmum, de criminibus ante baptiſmum commiſſis.

29. Accuſare an poſſit maior 20. annis, licet nondum ſit annorum 25.

30. ACTA Curiæ, an teſtes requirant ad ſui corroborationem. Et an teſtes in actis extraiudicialibus requirantur. Item an acta iudicialia non ſolum diem, ſed etiam locum, & menſem continere debeant. Et an Notarius electus, alteri actorum ſcriptionem committere, & quod unus inchoauit, alter perficere poſſit. Item an acta coram arbitris facta, teſtes exigant. Et an inſtrumenta mandati ſine teſtibus apud acta fieri poſſint. Et quæ propriè dicantur acta, & ad acta pertineant. Item an teſtium examinationi alii teſtes adhiberi debeant; & teſtium examinatio actuario iudicis committi poſſit. Item de negligentia in officio, eius que reprehenſione, & pœna. Et quod teſtium examinatio, maxime ſuper canonizatione alicuius Sancti, in ſecreto, remotis partibus fieri debeat.

Actor vnico teſte ſemiplene probans, & nihilominus ſuccumbens in cauſa, an in expenſis condemnandus. op. 944.

31. Actus contra iuramentum factus, an teneat, & firmus ſit.

32. Acta in iudicio ſummario facta, an obſtent in ordinario. Et teſtes in iudicio ſummario examinati, an in ordinario probent. Item an acta in vno iudicio facta, probent in alio. Et coram iudice ſeculari facta, an fidem faciant coram eccleſiaſtico; item an atteſtationes, & confeſſiones in vno iudicio facta, probent in alio.

33. ADVLTERI, & adulteræ, item lenonum, quæ ſint pœnæ, & an conatus in adulterio, & raptu puniatur. Item an maritus vxorem in adulterio deprehenſam impune cum adultero occidere poſſit, & an familiares & amici ad occidendum adulterum conuocati, pœna aliqua afficiendi ſint. Et an filius iuſſu patris adulterum impune occidere, item iniuriam, vel vim patri illatam, vt propriam propulſare poſſit. Item an maritus, recipiens vxorem adulteram, inita cum ea reconciliatione, eam adhuc de adulterio accuſare poſſit.

34. Adulter laicus quibus pœnis à iudice eccleſiaſtico puniri poſſit.

35. Adulter clericus, & mulieres cum iis in adulterio deprehenſæ, qua pœna afficiantur.

36. ADVOCATVS, & Doctor, item Clericus, an ſalarium, vel honorarium à ſuis clientibus exigere poſſit, etiamſi non inſpectis libris, & abſque labore reſponderint.

Aduocatus an quis eſſe poſſit 17. ætatis anno, & an cum omittere aliquod habeat beneficium reſtit. in integrũ. op. 199.

37. Aduocatus an ad ſuſcipiendam delegationem, & ad patrocinandum litigantibus & ſubeundum officium poſtulatoris cogi, & quale ſalarium petere poſſit. Item an promiſſum ſalariũ in annum petere poſſit, licet eo anno nullum patrocinium præſtare opus fuerit. Et an etiam integro ſalario, ſi ob aduerſam valetudinem operam ſuam clienti præſtare nequeat, iſque alicui alteri Aduocatum cum ob cauſam conducere cogatur, an, alter vero teſt inuestigatur. Et quid ſi cauſam quia eam iniuſtam deprehendit, deſerat. Item an clientem eſſe iudicis, ad ſalarium ſibi ſoluendum, compellere, & ob non ſolutum ſalarium, clientis cauſam deſerere, & aduerſæ parti patrocinium præſtare poſſit. Et an cogi poſſit ad teſtimonium dicendum, contra clientem ſuum. Item, ſi cognitis iuribus clientis ſui, cui patrocinium promiſerat, eum deſerat, & aduerſæ parti patrocinetur, an crimen falſi, vel præuaricationis incurrat.

Aduocatus an teſtis eſſe poſſit in cauſa clientis. op. 959. n. 1. 2. & 17.

38. Aduocati ſalarium in ciuilibus quam ſummam excedere non debeat, & quid in capitalibus; & an pacta de quota litis, & exceſſiuis ſalarii valeant. Item an Aduocatus propriam cauſam agens, & obtinens, ſalarium exigere poſſit. Et an procurator non certus de veritate, per verbum, credit, vel, non credit, reſpondere poſſit. Item deſcriptio maiorum Aduocatorum. Et an, & quando Aduocati cum ſuis clientulis de certo ſalario paciſci, & aliud agere poſſint. Item an de re, quæ non eſt in lite, & de lite propriis ſumptibus proſequenda, paciſci poſſint.

Aduocatus, qui operas ſuas locarunt, pendente anno locationis morientibus, an heredes eorum integri anni ſalarium petere poſſint. op. 204.

ÆDIFICARE. vide ſub lit. E.

ÆSTIMATORES quot à iudice deputandi, & an parte citanda, cum iudex ad inſpiciendam rem cum æſtimatoribus proficiſcitur. op. 412. nu. 1. & ſeq.

ÆTAS vide ſub lit. E. op 258.

Ætas filiorum an per ſcripturam parentum probetur. op. 949 n 7.

Ætas idonea an in quolibet actu præſumatur. op. 256 n 3. Et an ætas filiorum per parentes, eorumve ſcripturam ſimplicem probetur. op 994.

AFFINES, an & in quibus cauſis teſtes eſſe poſſint. op 962.

Affinitas inter concubinam & fornicatorem contrahitur. op. 315. nu 14.

Affinium appellatione, an gener, mortua eius vxore, & filii naturales comprehendantur. op. 807. Item ſponſus & ſponſa op ſeq & priuignus, & priuigna op. 809 n. 1.

39 ALIENARI res Eccleſiæ an poſſint, & alienationum an iuramento confirmetur. Item an prohibitio alienationis rerum eccleſiaſticarum etiam res mobiles comprehendat, & alienatio rerum menſalium Eccleſiæ, vel non menſalium ab Epiſcopo facta, an ſubſiſtat. & quibus caſibus vaſa ſacra Eccleſiæ alienari poſſint. Et quid requiratur, vt alienatio rei Eccleſiæ valeat. Et an alienatio Eccleſiæ vtilis, ſine ſolemnitate, & tempore, item in potentiorem, vt Eccleſia rem ab altero occupatam recuperet, valeat.

Alienatio qualibet an prohibita cenſeatur, prohibita alteratione, vel venditione op. 877.

Alienatio quos actus comprehendat. ibid.

40. Alienari an poſſit per maritum res immobilis in dotem data, & æſtimatio an & quibus caſibus emptionem inducat, & quando bona æſtimata veniant in reſtitutionem, quando æſtimatio, & res ex pecunia dotali empta, quando in dotis locum ſurrogetur, & ab vxore pro dote vindicari poſſit.

41. Alienari à marito an poſſint res mobiles inæſtimata ab vxore in dotem datæ, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quæ tales dicantur. Et qualis conſenſus vxoris in

tur num alienatione requiratur, & an talis vxoris conſenſus, ex lapſu 30. annorum interueniſſe præſumatur. Tutor item quando bona pupilli immobilia ante mobilia diſtrahere, & mulier dotem ſine ſolemnitate, item filiusfam. ſine conſenſu patris alienare poſſint.

Opin. 42. Alienare an poſſit pater, legitimus filij adminiſtrator, carentis tutore, vel curatore, bona eius aduentitia, in quibus tantum vſumfructum habet, ob cauſam neceſſariam æris alieni, ſine decreto.

Alienatione prohibita, an etiam locatio ad longum tempus cenſeatur prohibita. op. 1007. n. 2.

Alienare prohibitus an ad longum tempus locare, vel in feudum & emphyteuſim dare prohibeatur. opin. 1007. numer. 7.

43. ALIMENTA præterita, an æque vt futura, non ſolum alimentandus, ſed eius etiam heredes petere poſſint; & quomodo præterita petenda.

44. Alimenta præſtare obligatus, an etiam ad medicinas teneatur, & quænam veniant appellatione alimentorum, & victus.

45. Alimenta an & quando pater filio denegare poſſit. Et an valeat ſtatutum, quod pater filium alere, & educare non teneatur, & pactum, quod pater, aſſignata filio eius parte vel legitima, ad id non teneatur. Et an filius, conſumpta tali parte, nihilominus alimenta à patre petere poſſit. Item an pater vxorem filij eiuſque liberos etiam alere, & filias eius dotare teneatur. Et an alimenta debeantur etiam ei, qui diues eſt, & ſeipſum alere poteſt.

Alimentorum cauſa an appellationem admittat, quoad effectum ſuſpenſiuum. opin. 57. n. 6.

46. ALTERNATIVA, vel disiunctiua, quando habeat vim copulæ; & pater inſtituens filium, & nepotem, vel fratrem, & eius filium, an cenſeatur eos ſimul, & eodem gradu, vel ordine ſucceſſiuo vocare.

47. ALLVVIO an & quando transferat dominium, & an iuriſdictio etiam per alluuionem mutetur, vel transferatur.

AMASIA ſeu concubina an poſſit eſſe teſtis in cauſa amaſij. op. 970. n. 2.

48. AMICVS, an pro amico agere poſſit ſine mandato, etiam in beneficialibus. Et an ſtatutum, coniunctis & affinibus id permittens, ad amicos extendatur. Et an legatum in teſtamento minus ſolemni relictum amico perinde, vt propinquo, debeatur.

Amicus in cauſa amici an teſtis eſſe poſſit. op. 960. n. 1.

Amicus pro amico interdicto Recuperandæ agere poteſt. op. 48. nu. 3.

ANTIQVVM tempus quod dicatur, & quomodo probetur. op. 965. n. 8.

49. APPELLATIONE rei, an in dubio tota res, & non pars eius, item iura, & actiones veniant. Item an crediti appellatione etiam id, quod ex delicto debetur, veniat.

50. Appellare an poſſit in ciuilibus, & criminalibus conuictus ſimul, & confeſſus.

51. Appellare an poſſit, & de nullitate opponere, qui ſponte confeſſus ſed teſtibus conuictus non eſt.

52. Appellari an poſſit ab interlocutoria, de iure ciuili, & quid de iure canonico, item à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, & imponente perpetuum ſilentium, & an tales ſententiæ habeant vim definitiuæ.

53. Appellari an poſſit à ſententia arbitri, vel reclamari, vel peti reductio ad arbitrium boni viri.

54. Appellari an poſſit ab executore, & ſententia iudicis de exequendo, & à futuro grauamine, item à ſuſpenſione in cauſa, & à formatione inquiſitionis, & proceſſus. Et quando cenſeatur renuntiatum appellationi.

Appellatione per legem vel ſtatutum ſublata, an etiam ſublata cenſeatur, ſi quis manifeſte grauetur, & quando appellatio poſt tres ſententias conformes admittatur, & quæ dicantur conformes ſententiæ. opin. 77. num. 68. & 72.

Appellatione prohibita, an cenſeatur prohibitus recurſus ad ſuperiorem per viam ſupplicationis. op. 816. nu. 5. & oppoſitio nullitatis ibid. nu. 6.

55. Appellatio an ſemper admittatur, cum ſpecialiter non reperitur prohibita, etiam in criminalibus, & in crimine læſæ Maieſtatis.

Appellatione per iudicem à quo reiecta, an à tali reiectione appellandum ſit, & quod ſi admittat appellationem cum clauſula; ſi, & in quantum. *op. 410.*

56. Appellare vt nequeat reus conuictus, an per iudicem quæſtionibus ſubijci poſſit, vt crimen, de quo conuictus eſt, etiam confiteatur, & ita habeatur pro conuicto, & confeſſo. Et quando iudices tormenta iterare debeant, & conuictum ad detegendos ſocios criminis torquere poſſint.

Appellatio an per iudicem inferiorem tolli poſſit. op. 411. Et per ſtatutum inferiorum. op. 816. n. 1.

57. Appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, an, & quatenus admittatur. Et an appellari poſſit à ſententia ſuper dote lata, ad retardandam eius executionem. Item de cauſa dotis, quod ſit ſummaria, & fauorabilis, & fauorabilior cauſa alimentorum, & quomodo in ea procedendum, & an, & quando pia cenſeatur. Alimentorum item cauſa an appellationem admittat quoad effectum ſuſpenſiuum. Et quibus caſibus appellare non liceat.

58. Appellationis proſequendæ tempus à iure ſtatutum, an partium conſenſu prorogari poſſit.

AQVILANÆ ciuitatis origo, deſcriptio, bella & laudes. op. 203. n. 25. & ſeqq.

59. AQVAM de flumine publico & nauigabili, & riuulis an liceat cuiuis diuertere, & ad prædia ſua ducere poſſit. Et an ex eo, quod aqua per ſe, ſine alicuius facto, naturali curſu, ad loca inferiora deſcendit, ius aliquod ſeruitutis acquiſitum cenſeatur.

60. ARBITRIO iudicis an relinquatur, quodnam tempus debitori ad ſoluendum concedendum, & an & quando iuramentum in litem actori deferendum ſit, nec ne.

61. Arbitrio iudicis an committatur, quæ perſonæ ſint digniores, & quæ cauſæ dicantur graues, & arduæ, vel contra; item quis dicatur pauper, vel diues, & quæ perſonæ ſint miſerabiles; item intra quod tempus pignora pro executione vendi debeant, & mora purgari poſſit, & quando indicium oriatur, vel ſufficiat ad torturam, & confeſſio reuocata tale indicium faciat, & an & quando indicia ſint ſufficienter purgata, & quando tortura repetenda.

62. Arbitrator excommunicatus an deſinat eſſe arbitrator, an vero arbitrari poſſit non obſtante excommunicatione. Et an excommunicatus arbiter eſſe poſſit.

63. Arbitrator bannitus, an deſinat eſſe arbitrator, an vero durante banno arbitrari poſſit. Item an executor teſtamentarius ob bannum, deſinat eſſe executor, an vero teſtamentum nihilominus exequi, & bannitus durante banno in arbitratorem eligi poſſit.

64. Arbiter an arbitrari poſſit, vt finito termino compromiſſi, iterum, & de nouo in eam perſonam compromittatur, vel terminus à partibus prorogetur, eoque nomine pœnam irrogare.

65. Arbiter ex communi partium conſenſu poteſt laudare, & procedere ſimpliciter, ſummarie, de plano, & iuris ordine non ſeruato; Iudex ordinarius non item.

66. Arbiter ne, vel arbitrator quis in dubio, & vel vt hic, vel ille laudare cenſeatur, & quid ſi quis in arbitrum, & arbitratorem electus ſit, an arbiter, vel arbitrator cenſebitur. Et quis proprie dicatur arbiter, quis arbitrator, &

ſuper quibus cauſis his, vel ille electus cenſeatur. Et an morte contrahentium, vel eligentium arbitratoris ſuper contractu, vel tranſactione perficienda, poteſtas finiatur.

Opin. 67. Arbiter & arbitrator quando teſtes eſſe poſſint.

68. Arbitri ſtatutarii an ſint iudices delegati. Et qui dicantur arbitri neceſſarii, & arbitrarii.

69. AREÆ ad triturandum deſtinata, & ventum ab vna ſaltem parte habentis, an vicinum ab ea parte per ædificia, vel arbores obſtruere, vel Solem adimere poſſit.

70. ARCHIDIACONVS, & Canonicus in eadem Eccleſia exiſtens an in electionibus duplicem vocem habeat, & duplices diſtributiones recipere debeat.

71. ARGVMENTVM à contrario ſenſu in quibus locum habeat, & de eius firmitate.

Argumentum à ſimili, an & in quibus valeat. op. 203. n. 19.

72. Argumentum de alimentis ad dotem an valeat, & vice verſa. op. 37. 7. & 51.

Argumentum de teſte ad accuſatorem. op. 29. 4. de pacto ad ſtatutum. op. 45. 7. à toto ad partem. op. 316. n. 3. à maiori. op. 330. n. 27. an & quando procedat.

73. Argumentum de emphyteuſi ad feudum, & è conuerſo, an & quando valeat.

74. ASSASSINI qui dicantur, & qua pœna puniantur, tam mandans aſſaſinium, quam mandatarius. Et quid ſi non ſit ſecutus effectus. Item contra mandantem vt procedi poſſit, maxime ad torturam, an requiratur vt de delicto principali, & de mandato conſtet. Et an indicium mandati ad occidendum oriatur ex inimicitia, & ſecreta allocutione in aurem, ſi talem allocutionem ſtatim ſecutum ſit homicidium. Et an aſſociatus ſe homicida ſtatim poſt delictum patratum præſumatur id mandaſſe. Item an diffamatio de crimine, aliis adminiculis concurrentibus, & dictum mandatarii, in crimine læſæ Maieſtatis, & aſſaſinii faciant indicium ad torturam, & quomodo mandatum probari debeat, vt contra mandantem ad torturam procedi poſſit. Et an mandatarius ſit idoneus teſtis contra mandantem. Et teſtes, dicentes ſe vidiſſe aliquem delictum nocte committere, ſi non deponant, quod eadem nocte Luna luxerit, vel ſi ex aduerſo probetur, quod non luxerit, an probent. Et an teſtes aſſerentes ſe noctu cognouiſſe aliquem ad vocem, faciant indicium ad torturam. Item an inimicitia, etiam ex cauſa minus probabili proueniens, etiam in caſibus, vbi teſtes inhabiles admittuntur, & in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, à teſtimonio repellat. Et an olim inimici, ſed nunc reconciliati, admittantur, & an in delictis occultis, & noctu perpetratis teſtes inhabiles admittantur. Item an inimicitia, etiam capitalis per ſe ſola, ſine aliis adminiculis, faciat indicium ad torturam, & quæ dicatur inimicitia capitalis. Et vt minæ faciant indicium ad torturam, quid requiratur, & an fama ſola, & per ſe faciant indicium ad torturam, & quæ requirantur ad famæ probationem.

75. AVVS paternus an teneatur dotare neptem ex filio. Et an dos nepti per auum data, cenſeatur data neptis contemplatione, eique in legitimam ex bonis patris debitam, computetur & opin. 45. n. 10.

76. AVREVS, & ſolidus in iure an æquiparentur, & quot libram auri conſtituant, & an inſinuatione indigeat donatio 500 aureos hodiernos excedens.

77. ATTENTATA, appellatione pendente, & ante appellationem, poſt latam ſententiam intra tempus ad appellationem conceſſum, an ante omnia reuocanda, etiam deſerta appellatione. Et an collatio intra tempora appellandi facta, ſit nulla, & ſententia capitalis intra id tempus exequi, & bannitus impune occidi poſſit, ſi appellatum non ſit. Item an attentata etiam reuocanda, ſi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in cauſa principali, & an in totum reuocanda, & reſtituenda, nulla cautione, nec oblatione admiſſa, etiam quoad fructus perceptos, & acceſſoria, & quomodo attentantes in Regno Neapolitano coerceantur. Item an in cauſa attentatorum libellus, & terminorum obſeruatio requiratur. Et an attentatorum remedium etiam contra tertium, qui in re attentata, mediante titulo, ſucceſſit, locum habeat. Et an etiam nullitate pendente attentata reuocari debeant. & in cauſis, in quibus appellatio non admittitur, & quæ commiſſa ſunt, cum clauſula, Appellatione remota. Item caſus aliqui recenſentur, in quibus quis attentare, vel non attentare dicatur. Et an iudex à quo, cauſam deſertam, & tres conformes ſententias prætendens, ſi exequatur pendente appellatione, dicatur attentare. Et an fatalia appellationis, a die interpoſitæ appellationis, vel præſentata commiſſionis incipiant currere. Et ſi appellans non impetrauerit intra ſtatuta tempora commiſſionem, fecerit autem ad id omnem diligentiam, cum proteſtatione, an per hoc euitet deſertionem appellationis. Item an per iuſtum impedimentum excuſetur a deſertione appellationis, & an executio prætextu deſertionis facta, ſit velut attentatum, reuocanda, ſi ante deſertionem facta ſit, & deſertio demum poſtea ſequatur. Inopia item quando excuſet à deſertione. Et ſententia in cauſa principali lata, omiſſo puncto attentatorum, an valeat. Item an clauſula, Appellatione remota, in commiſſione poſita operetur, vt geſta à iudice à quo, appellatione pendente, reuocari non poſſint; & quid ſi illa clauſula commiſſioni viri maiores ſaltem iuſſus? & multa alia de dicta clauſula tractantur. Appellatione item per legem, vel ſtatutum ſublata, an cenſeatur etiam ſublata, ſi quis manifeſte grauetur, & quando appellatio poſt tres conformes ſententias admittatur, & quæ dicantur ſententiæ conformes. Item an cauſa commiſſa ex certa ſcientia, poſt tertiam ſententiam locus etiam ſit remedio attentatorum; & an expenſæ debeantur, ſi iudex attentata non ad inſtantiam partis, ſed ex officio, reuocet. Et an clauſula, Appellatione remota, tollat facultatem dicendi de nullitate.

B.

78. BANNITVS, ſeu deportatus, reſtitutus, an recuperet omnia bona confiſcata, etiam ea, quæ filiis erant attributa, & quæ immediate ex damnatione in alios, item in heredes interfectis, per ſtatutum tranſlata, vel per Fiſcum alienata ſunt. Et an reſtitutio cum clauſula prægnante, extendatur ad bona in tertium alienata, ad fructus tempore banni perceptos, & ad iura ex teſtamento prouenientia.

Banniti an impune occidi poſſint, valeatque ſtatutum id permittens propoſito præmio, & an occidens bannitum vigore ſtatuti ad præmium conſequendum efficiatur infamis, vt in cauſis grauibus teſtis eſſe non poſſit. op. 370. in pr. Et an bannitus ob contumaciam impune occidi poſſit. ibid. n. 12. Et an occidens bannitum in alterius territorio præmium conſequi debeat, & pœnam homicidii incurrat. nu. 21. & ſeq. Plura de hac materia vide in ead. op. 370.

Bannito an ſufficiat, ad obtinendam pacem, quod tam a maiori parte heredum conſenſum ſit. op. 765. n. 1.

79. Banniti reſtituti tempore, an retineant ea, quæ ſunt iuris communis, etiam reſpectu ciuitatis, a qua banniuntur. Et an bannitus extra locum, a quo bannitus eſt, teſtari poſſit, & an ei ſit reddendum ſit.

Bannitum an quilibet ex populo in iudicio defendere, & de nullitate banni opponere poſſit. op. 770. nu. 13.

80. Bannitus an teneatur bannitori & excommunicatus alterum excommunicari poſſit. Item an in quibus cauſis inſurbunt

[illegible]

[illegible] ... *bitum* [illegible]. *Et qui* [illegible] *dolo & fraudulenter* [illegible] *vel etiam ad bene* [illegible] *admittendus sit* [illegible] *sio etiam nulla sit. Et quomodo fraus* [illegible] *vel dolus* [illegible] *betur, & quando, & in quibus præſumatur. Et quid* [illegible] *Et an mercator aſſerens* [illegible] *pinam* [illegible] *damnum paſſum* [illegible] *quod tempus.* [illegible] *& quæ* [illegible] *in cauſis pecuniariis* [illegible] *vel quaſi, &* [illegible] *locum habeat hoc beneficium.*

Cedens bonis cum actu vitupera[illegible] *ſtatuto requiſit*[illegible] *an ad meliorem fortunam perueniens denuo conueniri* [illegible] *ſit* [illegible]

Ceſſioni bonorum an per pactum iuratum renunciari [illegible] *op* [illegible] *3 & op. 32* [illegible]

Ceſſionis bonorum beneficio an indignus efficiatur partem bonorum [illegible] *Et an debitor bonis cedere poſſit, ſi creditor renunciet facultati illum carcerandi. op.* [illegible]

Ceſſionarius an debitorem capere poſſit ſicut cedens, ſeu creditor [illegible] *ſtatuti. Et an ceſſio lite pendente, item ex falſa cauſa, vel ſine cauſa, item clerico per laicum, & potentiori facta, valeat. op. 126. n. 1. & ſeqq.*

98\. *Ceſſionarius an propriè dicatur creditor, & dominus & habeat priuilegia principali conceſſa, & an ceſſionario obſtet exceptio excommunicationis, quæ obſtat principali.*

CH[illegible]NVS *in territorio Sarracenorum, an ſecundum formam Sarracenorum teſtari poſſit. op. 809. n. 9.*

[illegible] *vt quæ ſunt* [illegible] *& diuerſis mandatis Regum,* [illegible] *item Epiſcopi, & Archiepiſcopi concurrentibus,* [illegible]

C

CÆCVS an teſtis eſſe poſſit in teſtamentis, & in contr[illegible] & in [illegible] *confeſſione. Et an teſti*[illegible] *de* [illegible] *quæ vidit ante cæcitatem op. 983*

[illegible] *quis* [illegible] *vel* [illegible] *& ab eo* [illegible] *& carcerari, pro debito ciuili;* [illegible]

86\. *Captus* [illegible] *ob falſum, vel debitum Com*[illegible] *perſona particularis, an habeat* [illegible] *quicquid hoc nomine erogauit, à Communi*[illegible] *cum vſuris & inter*[illegible] *Et an fideiuſſor* [illegible] *coactus ſoluere per ſuperiorem, pro debit*[illegible] *contra eum regreſſum.*

CARC[illegible] *priuatus quis dicatur. op. 342. n. 4.*

87\. *Carcerari an poſſint mulieres bene viuentes ob debitum priuatum, vel* [illegible] *vel etiam pro quolibet crimine. Et an ſtatuto mulieres carcerare prohibenti* [illegible] *poſſit.*

Carceratus an teſtis eſſe poſſit. op. 901. n. 8.

Carceratus fugiens è carcere, an pro confeſſo & conuicto ha-

Condemnatus ad mortẽ, aliamve pœnã [illegible] ducitur ad supplicium [illegible] & apprehẽdat [illegible] eucharistiam ferentẽ, [illegible] cardinalis capiti [illegible] pœnas an liberetur a pœna. [illegible] trã, eundem. Item si cõdemnatus [illegible] lupanari an vxorem ducere velit, an liberetur [illegible] tur, meretricem in vxorem ducens [illegible] cere possit. Item an aliter [illegible] perdunt, hæredi eremnis [illegible] Corpus [illegible] fisco confiscat. Et an condemnatus ad [illegible] liberetur [illegible] cum suspendatur, laqueus frangatur [illegible] in terram decidat. Item an pœnam [illegible] qui minus [illegible] tyranno, sub pœna mortis, ad [illegible] dendum compellitur. Et qua hodie sit pœna [illegible] Et an valeat testamentum condemnati ad mortem ante condemnationem conditũ, & ad pias causas [illegible] do an inducatur per duos vel tres actus, etiam in [illegible] spatio quam 10. annorum. Et an bona in parte [illegible] mine confiscentur, & sententia iudicis bona [illegible] contra Auth. bona damnatorum. [illegible] de [illegible] mnatorum an valeat, & noceat, licet ab ea [illegible] pellatum non sit. Et in quibus criminibus bona confiscantur. Item an principes [illegible] testamenta damnatorum ad mortem valeant. Et an [illegible] per consuetudinem vel statutum [illegible] testandi concedi possit.

128\. C[illegible] colonum partiarium ante [illegible] emptor vel [illegible] & quid [illegible] conductori [illegible] locata [illegible] [illegible] decessor [illegible] teneatur [illegible] & vxor locator [illegible] stare teneatur. Et quid si [illegible] iuramentum [illegible] sit [illegible] an iuramentum [illegible] ad factum. Locat[illegible]

[illegible]

Condemnatus vigore contumaciæ & fictæ co[illegible], an efficiatur [illegible] pœna. op [illegible]

673. Prorogatione termini ſolutionis a creditore debitori facta, an, & quando fideiuſſor liberetur. Et quid hoc caſu in fideiuſſore caſtellani, qui cuſtodiam caſtri ad certum tempus recepit, obtineat.
PROXENETA an teſtis eſſe poſſit op. 050. n. 13.
674. PVBERTATI proximus quandoque quis dicatur, tam in delictis, quam aliis actibus.
675. PVBLICARI etiam hodie bona damnat[illegible] ad mortem naturalem.
Publiciana actio. vide Actio.
676. PVPILLO doli capace contrahente, & alienante, an valeat contractus, & alienatio. Et an, & quando pupillus per interuentum iuramenti obligetur. Et vt pupillus pubertati proximus ex delicto teneatur, quæ requirantur.
677. Pupillum non poſſe ſine tutoris authoritate infra 14. annum contrahere ſocietatem, niſi ratificetur poſt pupillarem ætatem, nec facere teſtamentum, etiamſi miles & doli capax ſit, ne quidem ad pias cauſas, niſi de licentia principis Et ſtatutum diſponens pupillum teſtari poſſe, non valet. Et an in euentum mortis donare poſſit ſub conditione, ſi in pupillari ætate deceſſerit. Item nec iudex, nec Notarius eſſe, nec accuſare, niſi in crimine læſæ maieſt. adulterii, & fraudata annona, nec in iudicio ſtare poteſt, licet minor 25. annis accuſare poſſit. Et an infans cum autoritate tutoris poſſeſſionem apprehendere poſſit.
Pupillus vel impubes an in cauſis ciuilibus vel criminalibus teſtis eſſe poſſit. op. 964.
Pupillus an hereditatem non agnitam, item beneficium reſtitutionis in integrum, ad quoſcunque heredes tranſmittat. op. 359. n. 2. & 3.
678 PRÆCEPTVM iudicis cum clauſula iuſtificatoria, habet vim ſimplicis citationis, ſi is cui præceptum eſt compareat, ſi non compareat, habet vim præcepti. Et ſi citatus poſſideat, non obſtante iudicis inhibitione, poteſt perſeuerare in ſua poſſeſſione, nec cenſetur attentare, vel turbare. Si autem non poſſideat, nec compareat, poteſt à iudice mulctari: Et quæ ſit hoc caſu mulcta in Regno. Item an præceptum iudicis expeditum ſine cauſæ cognitione, & ſine clauſula iuſtificatoria, ſit ipſo iure nullum, ab eoque appellari poſſit, etiam elapſo decennio. Et an præceptum confeſſo factum in cauſis ciuilibus, reuocari poſſit, & an pro executione, vel decreto interlocutorio habendum ſit. Item an præceptum fieri poſſit contra ficte confeſſum: & quis dicatur ficte contumax. Item an præceptum de diſgombrando iure fieri, & a ſententia diſgombrationis & exfractationis, & præcepto de ſoluendo penſionem, vel affictum locatore, appellari, idque reuocari poſſit. & quatenus executionem paratam habeat. Item an condemnatus ad decimas, quoad effectum ſuſpenſiuum, appellare poſſit.

R.

679 RAPTOR mulieris honeſtæ, qua pœna afficiatur. & an à coniuncto impune occidi poſſit Meretricem rapientis, vel vim ei inferentis, quæ ſit pœna de iure ciuili, & Regio. Et an meretrix a locis honeſtis expelli, & ad aliquod ſignum, ſeu peculiarem habitum, vt à mulieribus hone-

honeſtè degnoſcatur, gerendum, compelli poſſe. Et an virginem in habitu meretricio repertam, rapiens pœna l.1.C.de rapt.virg. affici poſſit. Item an meretrici curator dari, bonisq; interdici, & teſtamenti factio auferri poſſit.

Opin. 680. RATIFICATIO actum an parte abſente fieri poſſit, eiq; proſit, & ratificantem obliget. Et an approbatio teſtamenti, in quo filius præteritus fuit, proſit heredi inſtituto, etiam abſenti.

681. Ratificatio quæ fit eo tempore, quo actus nihil operatur propter lapſum temporis, an valeat.

682. RECONVENTIO an locũ habeat quo ad effectum ſimultanei proceſſus, ſi vna cauſa ſit ſummaria, alia vero plenaria, & quando reconuentio fieri debeat ad eum effectum impetrandum. Et in quibus cauſis, & rebus ea locum nõ habeat. Item an, & quãdo ſpoliatus, agens poſſeſſorio recuperandæ, ciuiliter, aut criminaliter reconueniri poſſit. Et an tale poſſeſſorium tam in cognoſcendo, quã terminando præcedere debeat, etiam alijs poſſeſſorijs. Et an agens tali poſſeſſorio, patiendo aduerſarium allegare, & probare ſuper petitorio, cenſeatur renunciaſſe priuilegio ſuſpenſionis petitorij, & aſſentire, vt pronuntietur ſuper petitorio. Item an terminum ad reconueniendum in poſſeſſorio petitum, ſine vitio nullitatis concedi, & iudex hoc caſu ſine partis allegatione, petitionem talis termini, ac reconuentionẽ reijcere poſſit. Item an Laicus à clerico, coram iudice eccleſiaſtico reconuentus, & in præiudicium iudicis Laici iuriſdictionem eccleſiaſticã prorogare poſſit. Et eo petẽte remiſſionem cauſæ ad iudicem ſuum, an ea, vt & vice verſa, clerico concedenda ſit.

REDHIBITORIA actio an 6. menſibus præſcribatur. Et an competat ei qui ſciuit rei vitium, & contra eum, qui rem vendidit cum proteſtatione, quod de vllo vitio teneri nolit. vide opin. 9. per tot.

683. REDITVS, ſeu cenſus annui. Item pecunia emptioni prædiorum deſtinata, & in Montibus (vt vocant) collocata, item animalia, & boues aratorij, an inter mobilia, vel immobilia computentur. Et Epiſcopus reſignans Epiſcopatum, an boues aratorios ſecum abducere poſſit.

684. RELEGATIO eſt pœna capitalis, & eſt ſicut quælibet pœna, qua corpus grauiter affligitur, parui & minimi Imperij. Et an fur pro leui furto torqueri poſſit. Item de pœna amputationis alicuius mẽbri, an æquiparetur pœnæ mortis, & ſit de mero Imperio maiori, & an ea pœna propter concordiam initam cum offenſo, mutari poſſit.

685. REGNVM alteri vnitum vel prouincia, territorium, ſeu caſtrum, Regno vel comitatui incorporatum, an regulet ne ſecundum ſtatuta, & regulas Regni, vel comitatum, cui acceſſit, vel incorporatum eſt.

REI appellatione an in dubio res tota, item iura & actiones veniant. opin. 49. n. 1.

Rei appellatione quænam veniant. opi. 1037.

REMEDIVM l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. quibus, & contra quos competat. op. 353.

686. RENVNCIANS liti, an toti cauſæ, & iuri renunciare cenſeatur, & an renunciare liti, & renunciare iuri differant. Et an valeat talis renunciatio ſine expreſſione cauſæ, & an abſente aduerſario facta valeat. Item an renuncians pœnitere, & ad litem redire poſſit, & an etiam ad iura ignota trahatur, & inducatur per ceſſionem inualidam, & an renuncians ſtatim ad ſoluendum cogi poſſit.

Renunciatio an ſine beneficij certioratione valeat opin. 812. num. 74.

687. REPRESSALIÆ conceſſæ contra Peruſinos, an poſſint exequi, contra Peruſinos alibi quam Peruſia habitantes. Item Repreſſalias eſſe odioſiſſimas, & ſtrictiſſime intelligendas.

Repreſſalias propter communitatem vel alium detentus, an habeat ius repetendi contra communitatem, vel alium. opin. 86.

688. RESCRIPTVM ſecundum, non faciens mentionem primi, an cenſeatur ſub- vel obreptitium, ſit [illegible] nullum.

689. Reſcriptum principis, quod [illegible] damnoſum [illegible] an, & quando valeat. Item [illegible] nitatio [illegible] reſcripti quam [illegible] habeat.

690. RESTI[illegible]VTIO in integrum ex [illegible] ætate, an etiam maioribus concedenda ſit.

RETRAC[illegible]VS ius an ſuperiori, vel inferiori [illegible] competat, medio ſolario inter vtrumq; vendito. op[illegible] n. 4.

Retractus ius an locum habeat in re infeudata [illegible] d. num. 11. 12. 17.

REVS actori quando ſua inſtrumenta, ad fundandam eius intentionem edere teneatur. opi. 136.

691. REX non recognoſcens ſuperiorem, an in ſuo [illegible] eandem poteſtatem habeat, quam Imperator [illegible] & cenſeatur exceptus in iuramento fidelitatis. [illegible] an ſi ut donatio vltra 500 aureos facta per Imperatorem, [illegible] abſque inſinuatione, ita etiam valeat, facta [illegible] principe, ciuitate, duce, comite, & Barone non [illegible]entibus ſuperiorem. Et an Rex Siciliæ, Dux M[illegible], Ferrariæ, Vrbini, & Marchio Mantuæ ea[illegible] poteſtatem in ſuis ducatibus habeant, quam habet Imperator in Imperio.

692. REGALIA an poſſint præſcribi, ſeu principi reſeruata, vt ſunt vectigalia, ius legitimandi ſpurios, creandi Notarios, famæ reſtituendi, &c. item mero Imperio & reſtitutionis in integrum, & quoto tempore. Et [illegible] in tali præſcriptione ſcientia principis requiratur.

693. Reum accuſatum, an accuſatori iuramentum deferre poſſit, eoq; id præſtante, an pro confeſſo habeatur, & condemnari poſſit, & an aliàs in caſu dubio, & accuſatore non plene probante, ſit abſoluendus: & excipiendo ſe non cenſeatur aſtringere ad probandum. Reus item, an actori magis fauendum ſit.

S.

SACERDOS an confeſſionem reuelare poſſit, & quid ſi ſub iuramento interrogetur à Papa, vel Epiſcopo item an crimen, & quæ de cauſa matrimoniali in confeſſione audiuit, reuelare poſſit. op 144 n 2. & ſeqq.

SATISDARE an teneatur, qui manifeſte eſt idoneis facultatibus. opi 296.

694. SCIENTIA ſola in crimine læſæ maieſtatis, n[illegible] concurrente conſenſu, conſilio, vel facto, an puniatur, [illegible] eius crimen machinari contra principem, patriam, vel patrem, id non reuelauit.

695. Scientia eorum quæ publice fiunt, & de quo eſt publica vox, & fama, an præſumatur apud eos, qui eo in loca verſantur: & an non poſſint probare contrarium, videlicet ignorantiã. item an tali caſu ignorantia iuramento probetur. Et de banno publicato in locis conſuetis alibiq; quæ publicata ſunt in valuis eccleſiæ, an præſumantur [illegible] ab omnibus, & an tale bannum comprehendat alienigenas.

SCRIPTVRA manu tertij ſcripta, item priuata, vt probet, quæ requirantur. op. 113. nu. 5 & ſeqq.

Scriptura capitula ſeparata continens, an tam pro parte acceptare poſſit, pro parte non op 365.

Scriptura priuata ſcripta vel [illegible]ſcripta ab aliquo, vel ſigillata tantum, an contra eum probet. op. 387. n. 4

696. Scripturam in iudicio productam, an is, contra quem producta eſt, pro parte acceptare, & pro parte reijcere poſſit.

Scriptura priuata quot, & quales teſtes & an [illegible] dari, & conſulis requirat, vt probet & quando plenam fidem faciat contra ſcribentem, & an quis ad recognoſcendam priuatam ſcripturam compelli poſſit. op[illegible]

Opin.697.

Op. 697. SCHOLARIUM, aut ſtudioſorum, & profeſſorum appellatione, an Doctores, item Scribæ contineantur, & iura de ſociis loquentia, an ad ſcholares, alioſque ſocios in eodem cœnaculo habitantes, aptari, & vnus in cauſa alterius iudex eſſe poſſit.

698 SENES an torqueri poſſint, & an confeſſio ab eis in tormentis facta, ipſis præiudicet, maxime ſi eam poſtea coram tribunali ratificent. Et quinam propriè dicantur Senes. Et qui teſtes habeantur, pro ſenibus, vt ad perpetuam memoriam examinari poſſint. & alia de ſenectute, an pro morbo habeatur, ita vt ſtatutum de infirmitate loquens etiam in ſenectute locum habeat. Item quot defectus ſenectus ſecum adferat, & an ſenectus decrepita ad Epiſcopatum inhabilem reddat, & Epiſcopus inutilis an deponendus, an vero coadiutor ei adiungendus ſit. Item de ſenibus, quid eis conueniat, quid non, variæ ſententiæ ex variis authoribus adducuntur

SERVIANA actio. vide Actio.

699 SENTENTIA quæ tranſiuit in rem iudicatam, an habeat tantam præſumptionem pro ſe, etiamſi in abſentem, & contumacem lata ſit, vt non admittatur probatio in contrarium, & an etiam pro ſententia antiqua præſumatur, ſi in ea non fiat mentio ſolennitatum, vel actorum, & quæ dicatur ſententia antiqua. Item an ſicut pro ſententia, ita etiam pro laudo præſumatur, & pro decreto iudicis, item pro proceſſu, quod legitime inſtitutus fuerit. Et an executio rei iudicatæ pertineat ad iudicem a quo, qui ſententiam tulit, ſi appellatum non ſit, vel appellatio deſerta.

700. Sententia lata, finita inſtantia, vel mortua parte an valeat, & an inſtantia litis cum defuncto cœpta, in eius heredem ipſo iure tranſeat, ſine eius citatione, & iudiciali tranſlatione litis in ipſum.

701. Sententia in rei vendicatione & miſſio ex ſecundo decreto, an transferat dominium, etiamſi iniqua forent.

702. Sententia, & laudum, à iudice incompetente lata, eoq; nulla, an conſenſu partium confirmari poſſit.

703 Sententia iudicis definitiua, vel interlocutoria, item laudum & ſententia arbitratoris, noctu lata, an valeat, & quæ dicatur nox, item an noctu appellari, & quilibet actus intimari poſſit. Et an citatus in Regno, ſub noctem vſque ad primum ſomnum coram iudice comparere, & pœnam contumaciæ euitare poſſit. Et quæ dicatur dies naturalis. & quomodo computetur. Item an miſſa a ſacerdote non ieiuna, & poſt mediam noctẽ, etiamſi cibum paulo ante ſumptum nondum digeſſerit, celebrari poſſit.

704. Sententia peritorum nunquam tranſit in rem iudicatam, & ſemper ab ea appellari, eaq; etiã poſt tempus appellationi præfixum, ſuperueniente maiori peritorum iudicio, retractari, appellatione autem interpoſita, peremptainſtantia appellationis per anni curſum, executioni mandari poteſt. Sed ſi periti vtriuſq; partis conſenſu fuiſſent electi, ſententia retractari non poſſet.

705. Sententia, quã iudex pronunciat, prout in conſilio conſultorũ continetur. Item, pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa. Item, pronuncio abſolutionem, vt in conſilio, item condemno, ſi eſt probatum, alias abſoluo, an valeat.

706 Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, videlicet ex teſtimonio partis aduerſæ, iuſiurando in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & ſimilibus, nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed ſemper ſuperuenientibus veris probationibus, reuocari poteſt. vt & aliis 25. caſibus remiſſiue

707. Sententia ex præſumptionib. lata, nunquam tranſit in rem iudicatam, nec vnquam pœnam ordinariam continere debet, etiamſi iudicem ad aliud, quam ad ita credendum, inducere non poſſent.

708. Sententia arbitri, prolata, non citata parte, an & quando valeat.

709. Sententia an ferri poſſit parte non citata, etiam à principe, & an valeat, ſi ſit in fauorem non citati, item ſi ſit interlocutoria, non definitiua. Et quid, ſi pars citata ſit ad audiendam iudicis voluntatem, non ad audiendam ſententiam. Vel ſi ſexto demum die poſt citationem, lata ſit ſententia ſine noua citatione. Vel agitato iudicio cum procuratore, dominus citatus ſit, non procurator, an valeat ſententia. Et an ſtatutum valeat, quod ſententia ſine citatione partis ferri poſſit.

710. Sententia abſq; citatione a principe lata, item proceſſus eius, factus contra non citatum, & non ſeruato iuris ordine, an valeat, & an de nullitate contra proceſſum principis opponi poſſit. Quidq; vtroque caſu in Camera Imperiali, & Conſilio Neapolitano obtineat.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, & imponens perpetuũ ſilentium, an habeat vim definitiuæ op. 52. n. 9.

Sententiam vnius iudicis, an alius iudex exequi poſſit. opin. 400. n. 3.

Sententia ſuper executione lata an ſit interlocutoria. ibid. nu. 4.

Sententia ex præſumptionibus lata, an in rem iudicatam tranſeat. opin. 126. n. 2.

711. Sententia lata de conſilio ſapientis non tranſit in rem iudicatam, ſed ſemper, etiam interpoſita appellatione, eaq; deſerta, ex alterius recti ſententis conſilio retractari poteſt. quod obtinet etiam, licet ſtatutum extet, diſponens, quod omnis ſententia cum conſilio Iuriſperiti ferri debeat, vel etiam de voluntate partium, cauſa conſilio iuriſperiti commiſſa foret. Item an in conſiliis, & votis Conſultorum, & aſſeſſorum cauſa exprimi debeat, an vero ſufficiat ea proferre ſine allegationibus. Et quam hoc caſu cautionem conſultores præſtare debeant.

712. Sententia in cauſa matrimonii lata, an, & quatenus tranſeat in rem iudicatam.

713. Sententia iniqua lata ab ordinario, vel delegato, an tranſeat in rem iudicatam. Et an principis Reſcriptum contra ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, valeat. Item an ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, habeat præſumptionem pro ſe.

714. Sententia lata ſuper executione ſententiæ, item ſententia excommunicationis, & ſententia ſuper exceptione peremptoria, & ſuper incidenti, & ſuper vnu articulo ſubſtantiali, item ſuper appellatione ab interlocutoria, & ſententia primi, & ſecundi decreti: Item præceptum de ſoluendo. & ſententia ſuper expenſis, & ſuper deſertione appellationis lata, & qua pronunciatur non poſſe tertio appellare, item omnes ſententiæ proceſſum impedientes, an ſint interlocutoriæ, vel definitiuæ. Et an ſententia excommunicationis tranſeat in rem iudicatam. Et quando ſententia dicatur in rem iudicatam tranſire. Item an à ſententia deſertionis appellari poſſit. Et deſerta appellatione, an cauſa expreſſe ad iudicem a quo remitten la ſit.

715. Sententia lata de conſilio electi de partium voluntate, an ab ea appellari poſſit, item an retractari poſſit, etiam cum lata eſt vigore ſtatuti id requirentis, & de partium voluntate, ex conſilio periti eiu, & recti ſententis. Item an princeps derogare poſſit ſententiæ etiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, & an in dubio, & per verba: non obſtante ſententia, derogaſſe cenſeatur Et quod pro ſententia, maxime ſi in rem iudicatam tranſiuit, præſumatur, eiq; ſtandum ſit, donec contrarium probetur: Et an nullitatem ſententiæ alligans, ad impediendam eius executionem, audiendus ſit. Item an contra ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, probatio contraria admittatur. Item an, & quando nullitas contra tres ſententias conformes opponi poſſit.

716. Sententia, pro vel contra mortuum lata, an, & quando valeat, vel nulla ſit.

Opin. 717.

Opin.717. Sententia lata contra citatum, non ſubiectum iuriſdictioni citantis, eſt ipſo iure nulla. Et an princeps defenſionem alicui, etiamſi excommunicatus ſit, tollere poßit. Hæretico item an defenſio, & copia indiciorum negari poßit, & an etiã in crimine notorio defenſio concedenda, & à iudice liberum arbitrium, & poteſtatem habente procedendi ſine iuris ſolennitate, defenſio tolli, & copia inquiſitionis ac indiciorum denegari poßit, & an copia inquiſitionis, etiam in crimine læſæ maieſtatis, & quibuſcunque reis, etiam ſponte confeßis, & quando concedenda. Item an etiam in crimine inſigni & notorio, & in flagranti crimine deprehenſis concedenda. Item an quilibet priuatus delinquentem, & debitorem fugientem etiam clericum capere, & ad magiſtratum, & publicos carceres ducere poßit. Et quando quis pœnam priuati carceris dicatur incurrere. Item an, & quando ciuitas, ob ingreſſum Bannitorum tempore nocturno per mœnia, in ciuitatem, & ſpoliationem aliam in vrbe, & hominũ interfectionem à Bannitis commiſſam, ad damna, & intereſſe teneatur. Et quæ requirantur, vt ciuitas, vniuerſitas, vel collegium tali caſu ob delictum commiſſum puniri poßit. Item quando factum famuli, vel filii, domino, vel patri imputetur.

718. Sententia contra minorem indefenſum, tutorem, vel curatorem legitimum non habentem lata, an valeat, & quid ſi pro minore lata ſit, vel tutor non impleuerit ſolemnia de iure requiſita, vel ſententia per falſos teſtes lata ſit. Item an ſentẽtia in cauſa appellationis contra minorẽ lata, valeat. Et quid, ſi minor ſententiam ratificet.

719. Sententiæ appellatione continetur omnis ſententia, ſiue ciuilis, ſiue criminalis, & an ſola definitiua intelligatur, ita vt ſtatutum prohibens appellare, vel ſententiam proferre ſine conſilio ſapientis, vel exigens gabellam de ſententia, vel arctans arbitrum, ad finiendam cauſam per ſententiam intra menſem, intelligẽdum ſit ſolum de ſententia definitiua. Et quando appellatione ſententiæ, etiam interlocutoria contineatur. Et an laudum arbitrorum iuris, etiam dicatur ſententia definitiua. Et an ſententia ſemel lata, ex cauſa, vel propter errorem mutari, vel corrigi poßit.

720. Sententia definitiua, an è ſcriptis neceſſario recitari, & in eius fine addi debeant hæc verba, lecta, lata, & recitata, &c. Item an ſubſcriptionem iudicis neceſſario continere debeat. Et quid in interlocutoria hoc caſu iuris ſit. Si q; ſententia lata & recitata non ſit, in fine autem prædicta verba, lata, lecta, &c. contineantur: an contrarium, videlicet eam lectam & recitatam non eſſe, probari poßit. Item an inſtrumenta Notariorum, partibus neceſſario prælegi, & hæc verba continere debeant, Actum, &c. vel Lectum, &c.

721. SEQVESTRVM abſq; conſenſu vtriuſq; partis impoſitum, an priuet poſſeſſorem ſua poſſeßione, poßitque imponi, altera parte poßidente, ſi periculum armorum, & ſcandali timeatur: an vero parti non poßidenti hoc caſu ſub pœna iudex inhibere debeat, ne poßidentem moleſtet. Item an ſequeſtrum ex abrupto, & ſine partis citatione, & cauſæ cognitione decerni poßit. Et an reuocetur, ſi poſſeſſor ſententiam in ſui fauorem reportet.

722. Sequeſtrum regulariter eſt illicitum, exceptis quibuſdam caſibus. Et tollitur per ſatiſdationem, & qualis ea eſſe debeat. Item an citatio partis, & ordo iudiciarius ad conceßionem ſequeſtri, ob fugæ ſuſpicionem, & rerum exportationem requiratur, an vero ſola ſummaria cognitio ſufficiat.

723. SERVITVTIS titulum à domino habens, ſi eum per inſtrumenta, vel teſtes probare nequeat, an ex longa poſſeßione probare poßit, ita vt allegans ſe vſum fuiſſe ſeruitute, domino ſciente, & patiente 10. vel 20. annis, obtinere debeat.

724. SIMONIA commiſſa in ordinis ſuſceptione an impediat ordinis executionem. [illegible] ſpendat ſimoniacum ab iſto, aliiſq; ordinibus. Et an ſimoniacum ſit ip[illegible] iure pr[illegible] tus beneficio, ita vt fructus ſuos non faciat. Et an dans, & accipiens ſimoniace, ipſo iure, & facto excommunicationem incurrant. Item an in Papam etiam cadat ſimonia. Et an Monachi vel moniales pacíſcentes, & accipientes aliquid pro ingreſſu vel gratis, ſimoniam committant, etiamſi Monaſterium eorum ſit egenum, & vltra certum numerum religioſorum quem completum habet, ultro non poßit. Item an ſponte oblata, vel legata pro ingreſſu in Monaſterium eorum, ſine vitio ſimoniæ accipere poßint. Et moniali gratis recepta, ſi pater eius poſtea nihil contribuere velit, Monaſterium poßit agere contra patrem, pro alimentis ſibi receptæ, vel eo mortuo pro portione eis in bonis paternis competente.

SIMVLATVS contractus, vide Contractus. opi. 425. & op. 831. item op. 832. n. 40. & ſeqq.

Simulationis exceptio an contra inſtrumentũ opponi poßit, omni exceptione præter ſolam ſolutionis exceptionem, prohibita. opi. 832. n. 66.

SOCIVS an teſtis eſſe poßit pro ſocio in ciuilibus, & contra ſocium in criminalib. op. 961. n. 1. & opin. 977. n. 2.

725. SODOMIA an ſit iuſta cauſa diſſoluendi matrimonii, quo ad thorum, ſi maritus eam vel in vxorem tentet, vel aliter & cum aliis exerceat.

726. Sodomia quam enorme, & execrabile delictum ſit, contra omnem naturam, omnia alia delicta excedens. Et q; ſeuere committentes eiuſmodi delicta a Deo puniti ſint. Et qua pœna Sodomitæ iure ciuili, & Regio aff[illegible]iantur. Et de nefando Iudæorum errore, qui coitum eiuſmodi contra naturam cum vxore, non putant eſſe peccatum. Item an bona Sodomitarum confiſcentur, & an teſtari poßint, & eorum teſtamenta ante condemnationem facta, an annullentur. Item quod Sodomitas defendere, impium & execrabile ſit, nullamq; aſſecurationem, vel compoſitionem in eiuſmodi crimine admittendam.

727. Sodomita occultus quas pœnas incurrat, & à quo poſſit abſolui. Item clerici Sodomitæ, qua pœna afficiendi. Et an Epiſcopi hodie diſpenſare poßint ſuper omnibus irregularitatibus, ex delicto prouenientibus.

Socius an teſtis eſſe poßit in cauſa ſocii. op. 960. n. 3. & contra ſocium. opi. 961.

728. Societas omnium bonorum an inter fratres tacite contracta cenſeatur, ex longa eorum cohabitatione, non diuiſa hæreditate poſt mortem patris. Et frater emens aliquid communi nomine, an ex pecunia ꝓpria pretium ſoluiſſe præſumatur: Emens autem proprio nomine, bona, ſi ea in cataſtro communitatis, tanquam communia ſcribi faciat, an dominium, per hoc, in alios fratres tranſtuliſſe cenſeatur. Item fratre maiore, negotia domus gerente, & rem communem vendente, pretium in communem vtilitatem vertente, ſcientibus, & non contradicentibus aliis fratribus; an fratres venditionem per hoc ratificaſſe, & maiorem fratrem velut inſtitorem, vel adminiſtratorem communib. rebus præfeciſſe cenſeantur, ita vt venditionem ab ipſo factam reuocare non p[illegible]ant. Si autem inter fratres præceßit inſtrumentum diuiſionis, & deinde cohabitauerint, & ſteterint in eodem conuictu per multos annos, an tum quoq; ſocietas omnium bonorũ cen[illegible] [illegible] contracta. Et an ſocietas vltra q[illegible] [illegible]e extend[illegible] [illegible]ſeatur inita, & ſocietas vnius negociationis, an extendatur ad alias. Item an valeat pactum inter ſocios, vt q[illegible] ex ois minorem portionem contulit, æqualem habeat [illegible] cis partem, cum his qui maiorem contulerunt. Et an tunc cenſeatur conſiderata induſtria illius, qui min[illegible] lit, eiuſq; ratione tale pactum iuſtum, & an in [illegible] a iudicis arbitrio ſit æſtimanda. Item ſi ſocius poſt [illegible] actam ſocietatem, ſuum capitale augeat; an [illegible] iſtius

ſtiuo actionis, communis eſſe, vel angens ſolum id conſequi debeat.

SOLIDVS, & aureus an in iure æquiparentur, & quot aurei vel ſolidi libram auri conſtituant. op. 76. n. 1. & ſeqq.

Opin. 729 SOLITVM, item conſuetum, vt quid dicatur, quot actus requirantur; & an conſuetum cadat ſub iudicis arbitrio.

730. SOLVTVM indebite, repeti poteſt, & eo ipſo, quod oſtenditur non fuiſſe debitum, præſumitur per errorem ſolutum. Promiſſum quoq; indebite per errorem, reuocari ac retractari poteſt. Solutum autem ex cauſa tranſactionis indebite, non repetitur.

Solutionis terminus qualis debitori concedendus. op. 60. nu. 1. & ſeqq.

SOROR pro ſorore an teſtis eſſe poſſit in cauſa matrimonii. op. 98 1.

731. SPOLIATVS beneficio, an ſit reſtituendus, ſi contra eum obiiciatur notorius tituli defectus. Item an prædo ſpoliatus beneficio eccleſiaſtico, ſit ante omnia reſtituendus. Et an ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, ſi ex reſtitutione irreparabile damnum ſequeretur.

Spoliationis exceptio an impediat litis ingreſſum, & ſit dilatoria, & an poſt lit. conteſt. opponi poſſit. op. 258. in pr.

732. Spoliatus poſſeſſione, vel in ea turbatus, an ſit ante omnia reſtituendus etiamſi iniuſtiſſime poſſideat; item ſi non probet vim illatam, ſed ſaltem clandeſtinitatẽ, item ſi prædo ſit, nullum in re titulum habens. Item ſi ſit ſpoliatus iudicis authoritate. Et an non ſolum ad rem, ſed etiam ad fructus, expenſas, damna, & intereſſe, ſit reſtituendus. Item an obſtet reſtitutioni exceptio dominii, vel in beneficio, exceptio de papali reſeruatione beneficii vacaturi. Et an poſſeſſorio ſuper cauſa poſſeſſionis, vel ſpolii conuentus, actorem, de ſpolio, ſuper eadem, vel alia re reconuenire, vel ei exceptionẽ ſpolii, ſiue ad cum violentia, vel ſine commiſerit, maxime ante litem cõteſtatam, opponere poſſit. Item vniuerſitas, vt de ſpolio à Rectoribus, vel ciuibus vniuerſitatis commiſſo conueniri poſſit, & teneatur, quid requiratur.

733. Spoliato conductori an remedium can. reintegranda, 3. q. 1. item, mandatario, commodatario, depoſitario, & ſimilibus competat.

734. Spoliatis clericis remedium can. reintegranda. quod eſt omnium pleniſſ. remedium poſſeſſorium. an competat ſolum pro bonis eccleſiaſticis, & propriis, an vero etiam laicis, pro quibuſlibet bonis, item feudis, & iuribus incorporalibus. Item an ſolum pro iuribus realib. an vero etiam pro perſonalibus, penſionibus videlicet, & annuis præſtationibus denegatis; an vero pro eiuſmodi iuribus perſonalibus poſſeſſorium ſiſtum, ſeu reſtitutio in ſtatum competat. Item actore prætendente ſe nõ eſſe ſpoliatum, ſed eſſe in poſſeſſione, vel quaſi iuris percipiendi penſionem, reo autem negante ſolutionem, an per eiuſmodi negationem dicatur ſpoliare, ita vt c. reintegranda. contra eum locum habeat, an vero competat potius mandatum de manutenendo, & quodnam horum hoc caſu actori ſit vtilius. Et vt tale mandatum detur, quid requiratur, & an concedi poſſit etiam lite pendente. Item an ex ſolutione 30. vel 40. annorum titulus præſumatur, & qualis. Et an detur tunc actori vtrum, & ordinarium remed. poſſeſſorium, ex c. reintegranda.

735. Spoliatis an remedium c. reintegranda. perpetuo competat, ita vt non poſſit præſcribi, an vero ſpatio 30. annorum præſcribatur.

736. Spoliato an remedium c. reintegranda. detur contra titulo, & bona fide poſſidentem.

737. Spoliatis, an canon c. reintegranda. inducat nouum remedium, aliàs non competens, & pinguius ſubueniat quam l. ſi coloni. C. de agric. & cenſit. lib. 11.

738. Spoliatus poſſeſſorio recuperandæ agens, quid narrare & petere in libello, & quid probare debeat. Et an remed. c. reintegranda. competat etiam amittentibus poſſeſſionem per culpam, negligentiam, vel iuſtã cauſam. Et quale remedium hoc caſu Eccleſiæ, minoribus, & abſentibus competat. Et an in remed. c. reintegranda. neceſſe ſit deducere, aduerſarium clam poſſidere.

739. Spoliatus an teneatur reſpondere in cauſa criminali, ſeu accuſatione, vel inquiſitione contra ſe mota, antequam reſtitutus ſit. Et an exceptio ſpoliationis poſt litem conteſtatam opponi poſſit.

SPONSÆ donata à conſanguineis ſponſi. vel vice verſa, an ſoluto matrimonio apud ſponſum, vel ſponſam remanere debeant. op. 223.

740. SPORTVLÆ an iure canon. in foro eccleſiaſtico, & iudicibus eccleſiaſticis debeantur. Item an iure ciuili iudicibus ſecularibus, item arbitris, & de plurib. cumulatis libellis pluries, item in cauſis ſummariis, & à pauperibus litigantibus, debeantur.

SPVRIO an ab extraneo relinqui poſſit. Et an nepos ſpurius ex filio legitimo natus ſuccedat ex teſtamento cognatis patris, item fratri pupillo, & an valeat teſtamentum fratris in quo ſpurius inſtitutus eſt, excluſo fratre. opin. 205. nu. 13. 14. 16. & ſeqq.

741. STATVTA venditori aliquid prohibentia, an etiã contra emptorem locum habeant. Et an ſtatuta frumentum extra territorium vendere prohibentia, ligent clericos, & conductores forenſes qui diſpoſitionem ſtatuti probabiliter ignorabant.

742. Statuta potius rẽſenda ſunt ſuperflua, & nihil operari, quã vt quis per ea indebite lædatur. Et an ſtatutum diſponens, quod executio inſtrumenti fieri debeat contra heredẽ, ſicut fieri poterat contra defunctũ, habeat locum contra heredem, adeuntem hereditatẽ cum beneficio inuentarii.

743. Statuta condere, & conſuetudinem inducere, an poſſit quilibet populus, iuriſdictione carens, item ciuitates principum dominio ſuppoſitæ, item collegia, & vniuerſitates, item capitulum, & canonici, ſine authoritate Epiſcopi.

744. Statutaria præſcriptione, inducta in meram odium creditoris petere negligentis, an renunciari poſſit.

745. Statuto diſponẽte, in Rubrica, quod filia in bonis aſcendentium ſuccedere non debeat, in Nigro autẽ de bonis ſolum maternis, vel alias loquente, nulla facta mentione bonorum paternorũ, an excludat filiam à bonis paterno. Et an Rubrica ad deciſionem cauſarum allegari poſſint.

746. Statutum pœnam nouam imponens, an in dubio cenſeatur recedere à pœna iuris cõmunis, & an valeat, ſi vltra pœnã iuris imponat pœnam pecuniariam. Et an Epiſcopus pœnæ nouæ impoſitione canonem innuare poſſit.

747. Statuto pro forma tres citationes requirente, an vna pro omnibus ſufficiat. Et ſi ſemel citatus reſpondeat, ſe comparere nolle, an amplius citandus ſit.

748. Statuto pro forma citationem requirente, an impletum cenſeatur, ſi citandus abſq; citatione, alia de cauſa in iudicio præſens ſit.

749. Statuto diſponente, non valere inſtrumentũ, in quo cõtrahentium nomen, prænomen, & cognomen, expreſſum nõ ſit, an valeat inſtrumentũ, in quo nomẽ ſaltem ſingulare contrahentis expreſſũ ſit, ſi ex eo nomine, ſatis notus ſit.

750. Statuto prohibente mulierem ſine conſenſu conſanguineorum, obligari, item contrahere, an ad pactum de non petendo, & liberationem debitoris, extendatur.

751. Statutum diſponens Villam teneri ad reparationẽ furti, vel rapinæ, vel alterius delicti in eius territorio commiſſi, non obligat villam, niſi damnum legitime probetur, nec iuramento probari poteſt. Et an villæ in Regno, quæ pro cuſtodiendis territoriis certam pecuniam ſoluunt, ad prædictorum reparationem teneantur.

752. Statutum diſponens, quod inſtrumentum habeat executionem paratam, contra debitorem, ſcriptum in inſtrume-

ſtrumento, ad heredem eius quoque in inſtrumento non contentum extenditur. Et intelliguntur eiuſmodi ſtatuta ſaltem de debitis liquidis, & veris, non ſimulatis.

Opi. 753. Statutum præter legem, inferior à principe condere poteſt, contra legem ſuperioris autem, non item.

754. Statutum iubens ſcholares tractari in omnibus vt ciues interpretandum eſt, ne deroget priuilegiis ſcholarium, quæ antea habuerunt. Et Epiſcopus liberatur a patria poteſtate quoad commodum ſuum nō autem incommodū.

755. Statutum prohibens alienationē fieri in forenſes, valet. Et an clericos, eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas includat. Item an valeat ſtatutum, expreſſe alienationem bonorum immobilium in eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas fieri prohibens.

756. Statutū de cōtractu loquēs, an ſtipulationē cōprehēdat.

757. Statutum diſponens, quod non exigens certo temporis ſpacio creditum à debitore, id amplius petere non poſſit, an valeat. Et an tale ſtatutum, de debito ex contractu loquens, ad alia debita, item quaſi contractum, & creditores, realem vel mixtam actionem habentes, maxime ſi verbis vniuerſalibus conceptum ſit, extendatur.

758. Statutū vnum imponens pro delicto pœnā 100. librarū, an per aliud, pœnā ſaltē 50. librarū imponens, cenſeatur correctū. Et an per dictionem taxatiuā correctio inducatur.

759. Statutum poſterius, an ſecundū prius ſtatutum diſtingui, & interpretari debeat. Et ſtatutis duobus inter ſe contrariis exiſtentibus, an per poſterius tollatur prius.

760 Statutis tribus, eandem pœnam infligentibus, quorum vnum ferenti arma, alterum inſultanti, & tertium vulneranti pœnam 100. librarum infligat, ſi in vna perſona, videlicet vulnerante, per inſultum, cum armis, ea omnia concurrant, an triplex, vel vna ſaltem pœna debeatur.

761. Statutum prohibens bonorum immobilium alienationem in forenſem, an valeat, & fauorabile ſit. Et an etiam locum habeat in domuncula, ſeu tigurio. Et an ſtatutum puniens comburentem vel inſultantem domum, etiam in domuncula & tigurio obtineat.

762. Statuto imponente pœnam vendentibus rem immobilem forenſibus, an excuſetur heres damnatus à teſtatore in teſtamento ad vendendum.

763. Statuta, prohibentia armorum geſtationem, & exitum ſine lucerna tempore nocturno, item certas veſtes precioſas ferre, & ludum teſſerarum, item punientia repertum in alterius ad b & adulterantes lanificia, an locum habeant in conuictis ſaltem per teſtes, ſed nō deprehenſis in actu prohibito. Et an in fœminis ſine lucerna, vel cum armis nocte repertis, & quæ precioſas veſtes contra ſtatutum ſaltem confici curarunt, ſed non geſtarunt, locum habeant, & an ſtatutum, diſponens neminē audiendum, volentem opponere exceptionem, pactum eſſe nullum, etiam in ſumma locum habeat. Et an parui cultelli, ad ſcindendum panem, vel pennas aptati, armorum appellatione comprehendantur.

764. Statutum ſi certam pœnam imponat infligenti alteri vulnus, an multiplicetur pœna, ſi quis vno ictu, bidente, vel tridente, duo, vel tria vulnera inflixerit. Et puniens in 100. infligentem alteri alapam, an geminetur pœna, ſi quis vno impetu, plures alapas inflixerit.

765 Statutum vetans efferri frumentum è ciuitate, etiam in farina locum habet, & prohibens efferri vinum, comprehendit etiam efferentem vini tantū bucale. Et ſtatutum pœnam imponens ei qui inuenitur, vel deprehenditur efferre frumentum è territorio, an locum habeat, non ſolum in perſonaliter deprehenſo, ſed etiam teſtibus conuicto. Et prohibitus. equo aſino. vel curru efferre, etiam humeris, vel bobus efferre prohibitus cenſetur. Et an tale ſtatutum comprehendat etiam eum, qui antequam conderetur ſtatutum, efferre cœperat, & publicato ſtatuto, reſiduum extulit. Item an comprehendat efferentes proprii vſus & familiæ cauſa, & eos, qui non in territorio, ſed aliunde emerunt, & per territorium ſaltem efferunt. Et an vectigal de rebus ad proprium vſum deſtinatis ſoluendum ſit, & probetur iuramento. res proprijs vſibus deſtinatas eſſe. Item an ſtatutum, prohibēs adportari vinum, extra territorium ſtatuentium collectum, etiam eccleſias. & clericos comprehendat Item an talia ſtatuta ligent ignorantes. & forenſes, item minores.

766. Statutum prohibens exportari frumētum e territorio, an etiam in efferente farinam, & panem locum habeat. Et quando ſtatuta odioſa extendi poſſint. Item an ſtatutū tribuens accuſanti aliquē, de certo delicto, præmium, etiam in denunciante obtineat. Quid item iuris. ſi cum mercibus exportari prohibitis, aliæ merces non prohibitæ reperiantur, an omnes cōfiſcandæ ſint Et an ſtatuta, prohibentia exportationem frumēti, etiam forenſes, ſeu extraneos, ignorantes, & ciues. vel incolas inuitos. liget. Et ſi ſtatutum, nō ſolum frumentum, quod exportatur. ſed etiam equos aliaq; animalia quibus effertur, confiſcanda dictet, quid iuris, ſi animalia non ſint efferentis ſed alterius. Item repertus cum mercibus prohibitis in via extraordinaria, qualem præſumptionem contra ſe habeat, & an ob id puniri poſſit. Et quid ſi non fraudandi cauſa, ſed metu hoſtium, vel propter maris impetum viam ordinariam pedagij mutarit. Et an ius diuinum dicatur naturale, idq; princeps tollere poſſit.

767. Statutum puniens ingredientem, vel turbantē alterius poſſeſſionē, an locū etiam habeat in ingrediente poſſeſſionem ex decreto iudicis inualido, & an is poſſit accuſari de vi turbatiua. Et an commiſſio per iudicem nulliter facta, ſit ante omnia reuocanda. Item an fructus, iudicis autoritate, & decreto percepti, ſint reſtituendi, ſi poſtea appareat decretum eſſe iniquum.

768 Statutū, diſponens bannitū nō poſſe reuerti in ciuitatē, vel quin, qui occidit, occidi debeat. nō obtenta pace ab heredibus occiſi, an comprehendat fœminas heredes, & ſufficiat bannito, pacē obtinuiſſe à maiori parte heredū Et an valeat ſtatutū, permittens priuato vindictā ſumere, de eo qui eum offendit. ſiq; ſtatutū conſanguineis occiſi permittat, occiſorē interimere, an extraneos amicos licite ad id conuocare poſſint. Et an ſtatutū diſponens, occiſorē occidendum, locū habeat in occidente caſu, & abſq; propoſito.

769. Statuto applicante tertiam bonorum partem occidentis, heredibus occiſi. an tertia pars occiſo monacho, ad eius liberos, ante ingreſſum Monaſterii ſuſceptos, vel ad Monaſterium peruenire debeat.

770. Statutū ſtatuens bannitū impune poſſe occidi, & præmiū occidēti tribuens, an valeat & occidēs, præmium conſequi debeat, etiamſi, ad ſui defenſionē bannitum occiderit. Et an eum occidēs efficiatur infamis, ita vt in cauſis grauib. teſtis eſſe non poſſit. Et ſi ſtatutū bannitū offendere ſaltē permittat, an tum etiā eum occidere liceat. Et an occidēs bannitū vigore prædicti ſtatuti, teneatur de pace iurata ante bannum, cum cautione, & promiſſione, facta de nō offendendo. Itē an pater, filius, frater, & dominus, bannitum, itē maritus, & mulier bannita, repugnanti præſertim vigore talis ſtatuti impune occidi poſſint. Et bannito, contra aggreſſorē, eum vigore ſtatuti occidere volentē, proteſtante, & dicente, ſe a banno abſolutū eſſe, ſi id incōtinenti non probet, an nihilominus occidi poſſit. Et an talia ſtatuta locū habeant, ſiue per ſe, vel per alium quis bannitū occidat. Itē an etiā banniti ob contumaciā impune occidi poſſint. Item an quilibet ex populo pro bannito in iudicio cōparere, eumq; defendere, & de nullitate banni opponere poſſit. Et an vigore ſupradicti ſtatuti, etiam banniti incarcerati, impune interfici poſſint. Et occidens non rite bannitum, quā pœnam mereatur. Item an ſtatuta eiuſmodi etiam extra territorium ſtatuentium locum habeant Et an bannitum, in nulla bonorum, quam perſona, offendi, & eum occiſum ſpoliari poſſit.

Opin.

Opi 771. Statutum diſponens [illegible] pater teneatur pro filiis delicto ſoluere legitimam, an valeat, & locum habeat in nepote, & quid ſi delictum extra territorium delinquentium commiſſum ſit, item ſi [illegible] pupillus deliquerit, vel propter contumaciam ſaltem condemnatus ſit, item ſi pater ſit [illegible]enſis. Et an [illegible] lia etiam ſicut filii, in crimine læſæ maieſtatis à patre commiſſo, & vice verſa pater pro filio puniatur. Item ſtatutum, patri, vel auo, pœnam pro delicto filii, vel nepotis imponens, vel vt alius pro alio teneatur, an valeat. Et ſi pater pro delicto [illegible], aut alter legitimam ſoluerit, an etiam eam teſtamento denuo relinquere cogatur. Et an in dubio de ſuis, vel filii [illegible] adventitiis ſoluiſſe præſumatur.

772. Statutum in partibus Thuſciæ, diſponens, quod mater filiis inteſtatis, vel ab inteſtato ſuccedere non poſſit, an ex [illegible] omnium [illegible] loquendi in Thuſcia, etiam de pupillo, teſtamenti [illegible] ionem nõ habente, vt videlicet mater nec ad eius demortui hereditatem admittatur, intelligendũ ſit.

773. Statutum & conſuetudo fœminas excludens à ſucceſſione inteſtati, propter agnatos, an etiam tollat ius veniendi contra teſtamentũ. Et an ſtatutum odioſum ex parte fœminarũ, loquens de ſucceſſione inteſtati, extendatur etiã ad cauſam teſtati, ita vt fœmina in teſtamento inſtituta, & in [illegible] a hereditatem reſtituere, nec legitimam deducere, nec eius ſupplementum petere poſſint. Et an ſtatutum matrem à ſucceſſione filii excludens, etiam reſpectu legitimæ valeat, vt & ſtatutum, prohibens filiam ex teſtamento ſuccedere.

774. Statutum puniens delinquentem in feſto B. Virginis duplici pœna, an trahatur ad delinquentem in nocte feſtum id ſubſequente.

775. Statuto requirente in aliqua probatione teſtes optimæ famæ, & conditionis, fundans ſe in eo, illam qualitatem probare debet.

776. [illegible] tutum conditum in odium ſeu præiudicium tertiæ perſonæ, an ſit nullum & an de eo appellari poſſit.

777. Statutum de compromiſſo faciendo inter coniunctos, valet & eſt fauorabile.

778. Statutum diſponens cauſas inter affines compromittendas eſt fauorabile, & comprehẽdit etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis, conceptos poſt emancipationẽ.

779. Statutum concedens creditori in inſtrumento nominato paratam executionem in perſonalem contra debitorem, an porrigatur etiam ad creditoris ceſſionarium, vt eodem modo executionem contra debitorem petere poſſit. Et an ante omnia de ceſſione conſtare debeat.

780. Statutum à ciuitate conditum, diſponens, de præſtanda certa eleemoſyna quotannis eccleſiæ, an, etiam poſt acquiſitionem eccleſiæ factam, à ciuitate rurſus reuocari poſſit.

781. Statuto, vel conſuetudine an induci poſſit, vt valeat captatoria voluntas, & alter pro altero teſtetur.

782. Statutum puniens maleficium, an extendatur ad mandantem.

783. Statutum diſponens, iudicem in certis cauſis, nulla iuris ſolennitate ſeruata, procedere poſſe, an intelligatur admittere, vt etiam diebus feriatis in honorem Dei, procedere poſſit.

784. Statutum, ſiue lex generaliter loquens, an comprehendat cauſam dotis.

785. Statutum de creditore loquens, an etiam in creditore ex legato, & ius hypothecæ habente locum habeat.

786. Statutum diſponens iuramento damnum paſſi credendum eſſe, an ad foreuſem, maxime ſi onera mere realia ſoluat, in eius fauorem extendatur: & locum etiam habeat, cum contrarium ex aduerſo probatur.

787. Statutum diſponens, teſtamẽta abſq; inſinuatione non valere, locum habet etiam in teſtamento, in quo teſtator huiuſmodi inſinuationem prohibuit.

Statutum diſponens, quod vſura pro dote, donec ea reſtituatur, ſolui debeant, an valeat. op. 152.

788. Statutum diſponens, iuramento damnum paſſi ſtandum, an in ſuis [illegible] obtineat, & quid, ſi rem dicat, ex oculari inſpectione contrarium appariturum, inſtetque, vt iudex locum, vel rem ipſe inſpiciat? Item ſi petat diem damni dati ab actore exprimi, ad redarguendum eum de falſo? an nihilominus tale ſtatutum locum habeat.

789. Statutum & priuilegia in fauorem viduarum inducta, an habeant locum in viduis meretricibus, vel inhoneſte viuentibus.

790. Statutum diſponens, matrem non poſſe diſponere de bonis ſuis, niſi de quarta parte, vel quas libitur [illegible] relinquendas, an valeat, & extendatur ad viduam, [illegible] a dote recuperauit. Et mulier ſine liberis decedens quæ ex ſtatuto tenetur certam partem dotis fratribus relinquere, non extantib. fratribus, an ſororibus relinquere debeat. Et an procedat ſtatutum in bonis, mulieri cum licentia alienandi relictis.

791. Statutum annullans mulieris, vel minoris contractum ſine conſenſu propinquorum initum, non obſtante iuramento, an valeat. Et an ſtatuto vires iuramenti infringi poſſint.

792. Statutum derogans priuilegium, comiti Palatino conceſſum, videlicet creandi Notarios, non obſtantibus ſtatutis, intelligitur etiam de ſtatutis futuris. Item priuilegium tribuens immunitatem a tributis decimis, vel collectis, an etiam ad prædia poſt priuilegium acquiſita extendatur. Et priuilegium Monaſterio, cuiuſue Capellæ conceſſum, an ad capellas poſt priuilegium conditas extendatur. Et ſtatutis vel conſuetudini, etiam immemorabili vt derogetur per priuilegia, quid, & quales clauſulæ requirantur. Et ſupplicans pro derogatione, quid in ſupplicatione exprimere debeat.

793. Statutum diſponens, filios naturales, & ſpurios patri ſuccedere poſſe, an valeat. Et an ſpurius ad ſucceſſionem matris admittatur, & mater eum alere teneatur. Item an pater matrem ſpurii heredem inſtituere, & ſic obliquè efficere poſſit, vt ſpurius poſt mortem matris conſequatur.

794. Statutum, Lex, vel Princeps poteſt prohibere ne iuretur ſuper contractibus, & ſic relaxare iuramentum.

795. Statutum ſororem à ſucceſſione fratris excludens, [illegible] cenſeatur quoq; fratrem excludere à ſucceſſione ſororis: Et ſororem à ſucceſſione ſororis.

931. Teſtes iurare debent, ſe pro vtraque parte dicturos veritatem, & tenentur plene deponere factum pro vtraque parte, & neſcienti factum non adhibetur fides. & an valeat teſtis dictum, ſi non depoſuerit ſuper toto negocio, vel ſi non iuratus depoſuit, etiamſi ſit religioſus, Epiſcopus, vel Cardinalis. Et an non aliqualem probationem faciat teſtis, qui ſine iuramento depoſuit. Et quid ſi mortuus ſit talis teſtis, vt repeti non poſſit, an ſemiplenam probationem faciat. Item an examen ſit nullum, ſi pars citata non ſit, & an teſtes examinati parte non citata, faciant indicium. Et quid, ſi principalis ad examen citatus ſit, cum procurator per litis conteſtationem factus ſit dominus litis. Et quid ſi pars citata non comparat, an cenſeatur dare licentiam teſtibus iurandi in eius abſentia. ad videndum iurare teſtes, etiamſi, [illegible] aduerſa partis examinati ſint. Et quomodo teſtes ante depoſitionem inquirendi ſint, & qualis locus ad examen eligendus. Item an Cardinale Epiſcopi & Clerici &c. iurare teneantur tactis Euangeliis. Et an teſtium non iuratorum dicta valeant, ſi teſtes poſt depoſitionem iurent, maxime in cauſis ſummariis, & in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta. Item an valeat teſtium depoſitio non iurata, ſi partes teſtibus iuramentum remiſerint. Et an declaratio depoſitionis teſtis ſine iuramento fieri, & à ſtatuto iuramentum teſtibus remitti poſſit. Item an teſtes iuraſſe præſumatur, ſi Notarius ſcripſerit, eos iurato depoſuiſſe, non addito eorum iuramento. Et an teſtium dicta, ſi antiqua ſint, probent, etiamſi de eorum iuramento non appareat. Item an teſtes ex compromiſſoria, qui iurarunt pro vtraque parte dicere veritatem, iterum iurare debeant.

932. Teſtes non publicati an probent. Et an publicatione omiſſa valeat ſententia. Et an ab alio Iudice, quam qui teſtes examinauit, fieri poſſit, & facta valeat. Et quibus caſibus teſtes non publicati probent. Et quomodo, & qua forma publicatio fieri debeat.

933. Teſtibus duobus ſi alter probet ſe mutuaſſe Titio 100. reus autem per vnum tantum teſtem probet ſe ſoluiſſe illa 100. vter obtinere, & cui iuramentum ſuppletorium deferri debeat. Et duobus teſtibus deponentibus, Manium mutuaſſe pecuniam Sempronio, ſed neſcientibus quantitatem. & aliis duobus aſſerentibus, eundum Manium petiiſſe a Sempronio decem, an quoad decem probatum ſit mutuum.

934. Teſtis productus ab aliquo, contra partem aduerſam, ſi poſtea producatur contra producentem, an ab eo reprobari poſſit.

935. Teſtis falſum dicens in vno articulo, vel falſum iurans pro parte, an in omnibus aliis, etiam ſeparatis, cenſeatur inhabilis.

936. Teſtis dictum an reprobari poſſit propter falſitatem commiſſam, non tangentem cauſam principalem, ſed acceſſoria, vt ſi dixerit ſe non eſſe affinem producentis, cum tamen ſit affinitate iunctus.

937. Teſtis falſum deponens in cauſa ciuili, vel criminali, vel tacens veritatem, vel aliquid recipiens à litigantibus, ne ferat teſtimonium, quam pœnam incurrat, & ad quid teneatur. Et quid ſi falſum extra articulos, vel cauſam, vel de eo, quod non noceat partibus, deponat.

938. Teſtium ſolam corruptelam an probare ſufficiat, vt ſententia ex falſis teſtium depoſitionibus retractetur, an vero etiam ipſa falſitas probanda ſit. Et quid ſi ſaltem reſtitutio in integrum aduerſus talem ſententiam petatur. Item an teſtis corruptus contra corrumpentem fidem faciat.

939. Teſtis vel Notarii contrarietas, non præiudicans partibus. an ſit punibilis. Et an teſtis ob hoc in totum ſit reiiciendus.

940. Teſtes in inſtrumentis ſeu contractibus publicis adhibiti, an propria manu ſe ſubſcribere teneantur. Et quid hoc caſu in Regno Neap. obtineat, & quot teſtes in inſtrumentis & teſtamentis requirantur, & in eorum reaſſumptione.

941. Teſtis vnicus de viſu, an ſemiplenam probationem faciat, etiam in criminalibus. Et an ei iuramentum ſuppletorium deferri poſſit. Et an indicium faciat ad inquiſitionem, & torturam. Item an cum fama in criminalibus

libus probet. Et an in criminalibus probationes imperfe-ſta coniungi poſſint.

Opin. 942. *Teſtis vnicus an plenam fidem faciat, ſi litigantes ita prius inter ſe conſenſerint. Et an talis teſtis, cum dicto ſtare partes conſenſerunt, deponere poſſit, partibus non citatis, & tali eius depoſitioni ſtandum ſit. Item an partes contra teſtes, eorumve dicta opponere poſſint, ſi in eorum perſonas prius conſenſerunt.*

943. *Teſtis vnus deponens de veritate & fama ſimul, & alius de fama tantum, an probent.*

944. *Teſte vnico, ſi ſemiplene probet actor, & ſuccumbat, quia non ipſi, ſed reo delatum eſt iuramentum, an actor condemnari poſſit in expenſas.*

945. *Teſtis vnus, & confeſſio facta parte abſente, vel vnus teſtis cum fama, an faciant plenam probationem. Et quid in criminalibus. Item an & quando duæ ſemiplenæ probationes faciant plenam probationem. Et quando teſtes ſingulares coniungantur.*

946. *Teſtis vnus de vera numeratione, & alter de confeſſione extraiudiciali deponens, an plene probent mutuum. & opin. ſeq.*

947. *Teſtis vnus de veritate, & alius de confeſſione, emanata præſente parte, ſeu duo teſtes de confeſſione, parte abſente, vel de fama publica deponentes; item vnus de numeratione, & duo de confeſſione abſente parte facta, an iungi poſſint, & plene probent. Item an confeſſio extraiudicialis præſente parte facta, duobus teſtibus probata, plenam probationem inducat.*

948. *Teſtes in cauſa principali publicati, an in cauſa appellationis denuo produci poſſint ſuper iiſdem articulis, vel directo contrariis.*

949. *Teſtis an in ſcriptis deponere, & in deponendo ad ſcripturam ſuam ſe referre poſſit. Et an talis depoſitio probet. Item an ætas filiorum per ſcripturam parentum probetur. Item an delinquens crimen capitale per procuratorem confiteri poſſit. Et an per nuntium, vel ſcripturam quis Sacerdoti peccata confiteri, & abſolutionem petere poſſit.*

950. *Teſtis deponens ſe aliquid vidiſſe noctu, an probet, ſi non addat, Lunam tum luxiſſe, vel aliud lumen adfuiſſe. Et quid ſi deponat, ſe aliquem ex voce cognouiſſe, vel ſe fuiſſe propinquum, an faciat indicium ad torturam. Et quid Iudex attendere debeat in depoſitionibus ſuper actibus nocturnis. Item de Luna, eiuſque lumine, motu & curſu. Et de aurora, ſeu diluculo, & crepuſculo, an ſint partes diei, & quod in eo geſtum, die geſtum cenſeatur. Et quando dies incipiat currere, in qualibet materia, & quot horas habeat. Item teſtis deponens aliquid factum noctu, vel de fama, ſi interrogatus, quid ſit nox, & bona fama, reſpondeat, ſe neſcire, an probet. Vide etiam de prædicta materia opin. 74. nu. 13. & ſeqq.*

951. *Teſtis an per procuratorem iurare & deponere poſſit.*

952. *Teſtis deponens extra articulos an probet, & quid ſi ſaltem deponat, quomodo articulos intelligat, aut ſuper dependentibus articulorum. Et qua pœna puniatur falſum extra articulos deponens. Item an ſuper articulis ineptis deponere, eoſque ſupplere poſſit.*

953. *Teſtes de Collegio, vel Vniuerſitate, an & quando pro Vniuerſitate probent. Item an teſtimonium Clericorum, vel Religioſorum, item Prælatorum, & Canonicorum pro Eccleſia, valeat. Et an confeſſio Prælati de mutuo recepto, Eccleſiæ, vel ſucceſſori eius præiudicet. Et quid probandum, vt mutuum Prælato datum ſubſiſtat, & Eccleſiæ præiudicet.*

954. *Teſtis an eſſe poſſit pater in cauſa filii, & filius in cauſa patris. Item an pater, & mater, in cauſa religionis, ætatis, ſtatus, generis, cognationis, & matrimonii liberorum, teſtes eſſe poſſint. Et an legitimatio per patrem legitimati probari poſſit. Item an pater contra filium, & econtra, filius contra patrem teſtis eſſe poſſit. Et an filius teſtis eſſe poſſit in cauſa, in qua pater eſt procurator, & vice verſa, pater in cauſa, in qua filius procuratorem agit.*

955. *Teſtis an eſſe poſſit vxor pro marito, vel econtra maritus pro vxore. Item an & quando probet teſtis commodum, vel incommodum in re habens. Et quando Iudex teſtimonium ferre poſſit.*

956. *Teſtis an eſſe poſſit venditor pro emptore, vel econtra in cauſa emptionis, item donator in cauſa donationis.*

957. *Teſtis an eſſe poſſit cedens in cauſa ceſſionarii.*

958. *Teſtis an eſſe poſſit periurus, vel infamis, contra alium infamem, vel periurum, & admiſſis ad iuramentum in litem, vel ſuppletorium, & quid ſi vitam emendauerit, aut à periurio abſolutus ſit. Et an à Pontifice ad teſtimonium habilitari poſſit. Et an probet contra hæreticum. Item an periurus dici poſſit, qui ſine dolo peierauit, aut ſoluere iurauit, quod præſtare nequit, aut qui ex iuſta cauſa iuramentum non ſeruat. Item an filiifamilias cum iuramento ſine conſenſu patris ſe obligantes, vel emancipatos aſſerentes, in Regno Neap. periuri efficiantur, & puniri poſſint.*

959. *Teſtis an eſſe poſſit Aduocatus in cauſa clientis, item ſollicitator, procurator, vel inſtigator cauſæ, mediator, proxeneta, & litem ſuſtinentes in quo depoſuerunt, & quot modis quis dicatur in cauſa propria deponere.*

960. *Teſtes an eſſe poſſint amici, affines, ſocii, & domeſtici, & in quibus cauſis. Et quatenus affinitas repellat à teſtimonio. Et an innocentia Rei, per parentes fratres, & domeſticos teſtes probari poſſit. Item an coniunctus vtrique parti in teſtem admittatur. Et patruus pro nepote, & conſobrinus pro conſobrino. Domeſtici qui proprie dicantur. Et an amicus ſit idoneus teſtis inſtrumentarius, & an plures amici, propter numerum, in cauſa amici, ſint teſtes integri. Et quales debeant eſſe amici.*

961. *Teſtis an eſſe poſſit ſocius criminis contra ſocium, & an faciat indicium contra ſocium, ad inquiſitionem contra eum formandam, & ad torturam, & an in ſubſidium admittatur. Et an admittatur in crimine læſæ maieſtatis, hæreſeos, contra latrones inſignes, falſos monetarios, & reos criminis ſimoniæ. Item an ſubiectus quæſtionibus aliorum, vel ſui & aliorum cauſa, tam contra alios, quam ſe, probet. Et an carceratus teſtis eſſe poſſit. Item an ſocius pro ſocio in cauſa ciuili teſtis eſſe poſſit.*

962. *Teſtis non extenſe deponens, ſed dicens, contenta in articulis, ſeu inquiſitione vera eſſe, vel verum eſſe, quod alius teſtis depoſuit, an probet in criminalibus, & quid in ciuilibus.*

963. *Teſtes deponentes per dictiones,* vel, circa, *vel* circiter, *ſeu,* & plus, *vel* vltra, *item deponentes alternatiue, an & quibus caſibus probent.*

964. *Teſtes an eſſe poſſint pupillus, vel impubes, in cauſis ciuilibus arduis, & criminalibus, & an præſumptionem tantum, vel indicium faciant, & an pupillus poſt pubertatem deponere poſſit de iis, quæ in pupillari ætate vidit.*

965. *Teſtis deponens de credulitate, vel quod ei ita videatur, vel per verba,* iudicio meo, *vel,* ni fallor, *item,* credo, videtur, *& ſimilia, vel dicens, ſe certo credere, an probet, maxime in antiquis, & quod dicatur tempus antiquum. Et quales teſtes, & cuius ætatis requirantur, in probandis antiquis, & tempore immemoriali. Item peritus in arte, deponẽs per verbum,* videtur, *an probet.*

966. *Teſtes an & quando poſſint examinari, parte non citata, ad videndum eos iurare. Et an in omnibus tam criminalibus, quam ciuilibus, & tam ordinariis, quam ſummariis cauſis, talis citatio ſit neceſſaria.*

967. *Teſtis, cuius depoſitio facit ad ipſius exonerationem, vel liberationem, an probet.*

Opin. 968.

Opin 968. Teſtis an eſſe poſſit mulier in teſtamento, tam de iure canonico, quam ciuili. Et quid in codicillis. an mulieres ſolæ fœminæ, abſque maribus, teſtes eſſe poſſint, & an per teſtes affines & conſanguineos, in codicillis adhibitos, codicilli probari poſſint. Item an mulier teſtis eſſe poſſit in teſtamento inter liberos condito, etiam non rogata, & an in teſtamento patris, filium ſpurium inſtituentis, item in teſtamento militis. Item an mulieres in cauſis matrimonii teſtes eſſe poſſint, & quales eſſe debeant teſtes, cum de dirimendo vel celebratione matrimonii agitur.

969. Teſtes an eſſe poſſint infames infamia facti in criminalibus, ita vt quis ex eorum teſtimonio capitis damnari, vel torturæ ſubiici poſſit. Et an perſona vilis, contra valde diffamatos in teſtes admittantur.

970. Teſtes in criminalibus an eſſe poſſint meretrices, lenæ, tabernariæ, lenones, & ſimiles. Item an concubina, vel amaſia, in cauſa amaſii ſui teſtis eſſe poſſit.

971. Teſtis infamis infamia canonica, & in peccato mortali exiſtens, & qui non communicauit, maxime tempore Paſchatis, an repellatur à teſtimonio, & pro heretico habendus, & à cœtu fidelium ſeparandus ſit.

972. Teſtes plures, deponentes aliquem poſſediſſe 10. annis, nulla addita determinatione annorum, an probent præſcriptionem.

973. Teſtes an eſſe poſſint in criminalibus contra clericos, corpore, vel membris mutilati, & an ad ſacros ordines promoueri poſſit, digito carens.

974. Teſtimonium vnius teſtis an admittatur, ſi ſit magnæ authoritatis vel dignitatis. Et an prima tonſura & clericatus vnico teſte probetur. Et an tam teſtibus, quam literis probari poſſit. Item an clericatus eo ipſo probetur, quod Pontifex, conferendo alicui beneficium, eum in literis clericum vocet. Item an ſtatuto, vel conſuetudine, item per Papam, vel Imperatorem induci poſſit, vt teſtimonio vnius credatur. Et an Papa ſolus ſit idoneus teſtis, quoad litis deciſionem, etiam in iis, quæ ante Papatum vidit. Et an vnicus tantum teſtis admittatur, ſi vnus tantum in ciuitate reperiatur, item in caſu l. Theopompus, ff. de dote prælegat. ſi videlicet teſtator in vltima voluntate mandarit eius declarationi ſtandum eſſe. & an partes iſti declarationi debeant eſſe præſentes, & ad eam citari. Et teſtis, parte aduerſa non citata, examinatus an & quando probet. Item an teſtes in cauſa hæreſis, item recitator, & ſocius examinari poſſint, parte aduerſa non citata. Et an vni teſti præſumptiue, & cum alteri non ſit præiudicium, credatur. Item an ſoli, atteſtanti, aliquem baptizatum, mortuum, excommunicatum, & in probanda iuſta cauſa credulitatis, & cum eius depoſitio tendit ad firmitatem inſtrumenti; item an vnus teſtis contra producentem probet. Et an magis credatur vni teſti pro, quam pluribus contra matrimonium deponentibus; item an matrimonium per depoſitionem vnius teſtis impediri poſſit.

975. Teſtimonium an perhibere poſſint mutus & ſurdus, tam in criminalibus, quam ciuilibus; & an teſtamenta facere poſſint.

976. Teſtis an eſſe poſſit pater ſpiritualis, in cauſa filii ſpiritualis, & vice verſa, filius ſpiritualis, in cauſa patris ſpiritualis, item nutritor, & nutrix in cauſa alumni, & in probanda eius ætate.

977. Teſtis an eſſe poſſit excommunicatus, & ſocius criminis. Et an exceptio excommunicationis vel ſimilis examen retardet.

978. Teſtis an eſſe poſſit inimicus, contra inimicum, ſi cum eo reconciliatus ſit. Et qualis inimicus, vel inimicitia eſſe debeat, vt à teſtimonio repellat. Et quæ dicatur capitalis inimicitia, & ex quibus probetur, & an minæ eam probent. Item an inimicus etiam in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & aliis enormiſſimis à teſtimonio contra inimicum, repellatur. Et an teſtis inimicus indicium faciat ad torturam, maxime ſi in tortura depoſuerit. Et an admittatur in cauſis difficilis probationis. Item an etiam ſuſpectus tantum de inimicitia, etſi non vere conſtet de inimicitia, ſed per ſolum ipſius teſtis dictum, ad teſtimonium admittatur. Et an teſtis inimicus in extremis conſtitutus, & ſumpta Euchariſtia, examinari poſſit contra inimicum ad perpetuam rei memoriam.

Teſtis an ſecreta. quæ ei ſub iuramento concredita ſunt, reuelare teneatur. op. 144. n. 8.

979. Teſtes deponentes, aliquem violenter mulierem cognouiſſe, an probent, & an is ex tali teſtium depoſitione condemnari poſſit.

980. Teſtis in cauſis criminalibus an & quo iure & quando mulier eſſe poſſit. Et quis dicatur teſtis omni exceptione maior. Et quid attendendum, vt teſtes haberi poſſint pro conteſtibus.

981. Teſtis idoneus an ſit frater in cauſa fratris, tam in arduis & criminalibus, quam ciuilibus, & an tantam fidem faciat, quantam alius teſtis, ita vt deferri poſſit iuramentum ſuppletorium, & concurrens cum alio teſte, an numerum teſtium augeat. Et an ſoror, habitans cum ſorore in eadem domo, probet pro ſorore in cauſa matrimonii. Item an frater contra fratrem, & maritus contra vxorem, inuiti teſtimonium dicere cogantur.

982. Teſtis an & in quibus cauſis eſſe poſſit Iudæus contra Chriſtianum, præſertim cum nuper ad fidem Chriſti conuerſus, & baptizatus eſt. Et per quid Iudæus iurare debeat. Item an Iudæo iuramentum in litem & in ſupplementum probationis, contra Chriſtianum deferri, & tanquam peritus, ad comparationem & interpretationem literarum Hebraicarum, aſſumi poſſit.

983. Teſtis an eſſe poſſit cæcus, & in quibus.

984. Teſtes an eſſe poſſint colonus & vaſallus pro domino, vel contra eum.

985. Teſtes in teſtamento an legatarii eſſe poſſint, etiam ad probanda legata ipſis in eo relicta. Et an legatario totum teſtamentum, vel ſaltem pars eiuſdem, legatum eius & heredis inſtitutionem continens, edenda ſit.

986. Teſtis an eſſe poſſit fideiuſſor pro fideiuſſore, quod non principaliter fideiuſſerint. Et an fideiuſſor habeat beneficium excuſſionis, ſi creditor eum noluit accipere vt fideiuſſorem, ſed vt principalem.

987. Teſtis an eſſe poſſit fideiuſſor pro reo principali.

988. Teſtis an eſſe poſſit pauper, etiam in cauſa criminali, matrimoniali, & ardua, & an pauper, & ſemel falſus periurus, & mulier, iurare poſſint in ſupplementum probationis, & vigore ſtatuti, diſponentis credi debere iuramento damnum paſſi, vel creditoris, vel alterius.

989. Teſtes an eſſe poſſint laicus, & mulier contra clericum, & vice verſa, clericus contra laicum, coram Iudice ſeculari.

990. Teſtes de auditu deponentes in contractibus, vel quaſi, ſi cortina, vel paries interceſſerit inter teſtes, & contrahentes, an probent, & quid in teſtibus teſtamentariis. Item an teſtimonium de auditu, maxime ſi adiiciatur fama publica, probet, vel ſaltem præſumptionem, aut indicium inducat, per quod transferatur onus probandi in aduerſarium. Et an in cauſa adulterii, & in antiquis, & in probanda cognatione, & heredem fraudaſſe hereditatem, aliiſque caſibus teſtimonium de auditu probet.

991. Teſtis idoneus an ſit infamis infamia facti, tam iure canonico, quam ciuili. Et ſedecim caſus recenſentur, quibus quis efficitur infamis. Et de infamia effectibus. Item an infamia etiam probetur per teſtes alterius loci, quam vbi infamia contracta eſt, & an infamis teſtis vel vltero infamiam obiicere poſſit. Et teſte infamato ſe purgante, an valeat eius teſtimonium.

Opin. 992. Teſtis iurans die iuridica, & die feriata deponens, an probet. Et an dicatur dies iuridica ſecundum locum iudicis, vel locum Rei, vel Actoris. Et an citatio eiuſque executio die feriata fieri poſſit.

993. Teſtes in cauſis matrimonii, ad illud probandum, vel ſeparandum, an fœmina eſſe poſſint, item pater, & mater, frater, ſoror, & alii cognati. Et an teſtes omni exceptione maiores in cauſa matrimonii requirantur, & an teſtes de publica voce & fama, cum aliis adminiculis, item vnus teſtis cum fama & confeſſione coniugum, ſufficiant ad probandum matrimonium. Item an infamis infamia facti in cauſa matrimoniali teſtis eſſe poſſit. Et an cauſa matrimonialis ſit grauis & ardua, & criminali æquiparetur, & quibus tales cauſæ ſint committendæ.

994. Teſtes an eſſe poſſint pater & mater, pro filio, ſuper ætate eius, & an plene vel ſemiplene probent. Et an plus probet ſcriptura patris, quam viua vox, ſuper ætate filii.

995. Teſtes an eſſe poſſint Monachus, & Minoritæ, in teſtamento, in quo eorum monaſterium inſtitutum eſt. Item an monachi & clerici in iudiciis ſecularibus teſtes eſſe poſſint. Et an monachus in cauſa monachi teſtis eſſe poſſit.

996. Teſtes duo an ſufficiant ad condemnandum in quocunque crimine, delinquentem, etiam ipſum Papam, & Imperatorem, & in cauſa hæreſis. Et in qualibet cauſa, etiam grauiſſimi præiudicii.

997. Teſtes duo an ſufficiant ad probandam conſuetudinem, & ad probandam ſolutionem canonis. Item an conſenſus Baronis, & Regis ſuper obligatione, & alienatione feudi, tam per teſtes, quam ſcripturam probari poſſit.

998. Teſtis inhabilis, ſi omnium conſenſu tempore conditi teſtamenti reputatus ſit habilis, an vitiet teſtamentum.

999. TYRANNVM Principem, an vaſalli & priuati intolerabiliter oppreſſi, licite occidere, vel veneno occulte è medio collere poſſint.

1000. TORTVRA an & quando repeti poſſit ſine nouis indiciis, & an torturæ repetitio conſiſtat in arbitrio Iudicis. Et an tortura inferri poſſit ex indicio à factore motu.

Tortura in quibus criminibus, ſine legitimis indiciis, inferri poſſit. op. 140. n. 5. Et ad quid teneatur torturam inferens ſine legitimis indiciis. ibid. n. 3. & 4.

1001. TRANSACTIO licet iurata, an per remed. l. 2. C. de reſcind. vend. reſcindi poſſit.

1002. Tranſactio, vel renunciatio ſuper alimentis futuris, ex teſtamento vel iure debitis, an valeat, & quid ſi iuramentum interuenerit.

1003. Tranſactio an ſit contractus innominatus (& op. 164. nu. 4.) & lucratiuus. Et an veniens contra tranſactionem debeat omnia accepta reſtituere, & quibus verbis in tranſactione vtendum.

1004. TREBELLIANICÆ detractio an per teſtatorem prohiberi poſſit, & an per verba generalia, quibus hereditatem pleno iure reſtituere iubet, prohibita cenſeatur. Et an filius primi gradus per prohibitionem alienationis omnium bonorum, prohibita cenſeatur, & an liberis primi gradus expreſſe prohiberi poſſit.

Trebellianica poteſt in codicillis prohiberi. opin. 355. numero 5.

Trebellianica an detrahatur ex fideicommiſſo in contractu relicto. op. 167. n. 7.

Trebellianicam an ſolam detrahat heres extraneus fideicommiſſo grauatus. op. 357. n. 1.

Trebellianicam amittit heres, non conficiens inuentarium. ead. op. n. 2. & 4.

1005. Trebellianicam an pater filiis primi gradus prohibere poſſit in caſu, quo duæ quartæ forent detrahendæ, (& op. 358. n. 4. & ſeqq.) & an filii, non obſtante prohibitione, duas quartas detrahere poſſint. Item an Trebellianica etiam de legatis piis detrahatur, a filiis præſertim primi gradus. op. 832. nu. 28.

1006. TVTORI vel curatori an & quatenus à teſtatore remitti poſſit redditio rationis adminiſtratæ tutelæ & curæ.

Tutor aliquando bona pupilli immobilia ante mobilia diſtrahere debet, quod exemplis illuſtratur. op. 41. n. 6. & ſeqq.

1007. Tutores, vel curatores an prædia minorum ſine decreto Iudicis, ad longum tempus locare poſſint, & an alienatione, venditioneque prohibita, etiam locatio ad longum tempus prohibita cenſeatur. Et quæ dicatur locatio ad longum tempus.

Tutor ponens in inuentario per errorem res quaſdam, quæ non ſunt pupilli, an de iis teneatur, & quomodo ei ſubueniatur op. 135. nu. 2. Item ponens in inuentario debita incerta ſine chirographis, an tali confeſſione ſibi præiudicet, & poſſit probare contrarium. ibid. nu. 8. 9. & 10.

Tutore in expenſas condemnato, ob litem calumnioſe motam, an fiat executio contra pupillum. ibidem numero 10.

Tutor, qui rem pupilli viliori pretio vendidit, an excuſetur, ſi authoritate publica ita æſtimata fuit, præcedente decreto Iudicis. Et quid, ſi dolus vel fraus tutoris interceſſerit. ibid. n. 22. & 23.

1008. Tutor an in contractibus ſuis cum pupillo, ſibi ipſi authoritatem præſtare, & rem a pupillo emere poſſit.

V.

1009. VASALLVS an renunciare & refutare poſſit feudum in manibus domini, domino inuito, & alio ad habitandum ſe conferre.

Vaſallus an & quatenus dominum ab alio aggreſſum defendere teneatur op. 190. n. 5.

Vaſallus an ſine cauſa feudo à Principe priuari poſſit op. 383. n. 1.

Vaſallus an teneatur iurare fidelitatem omnibus heredibus domini, & an heredes vaſalli iuramentum domino in ſolidum præſtare debeant, etſi poſſideant pro parte. op. 429. n. 6. 7.

Vaſallus an pro vel contra dominum teſtis eſſe poſſit. op. 984. n. 2.

VECTIGAL an ſoluendum ſit pro rebus, quæ pro proprio & familiæ vſu vehuntur. op. 765. n. 15.

1010. VENARI & piſcari recreationis cauſa, an liceat in fundo alieno, & an feræ efficiantur capientium. Et an in dubio recreationis cauſa quis venari præſumatur. Item an Principes & domini ſubditis ſuis venationes & piſcationes prohibere poſſint.

1011. VENDITIO, ſeu executio in ſubhaſtatione, ſeu venditione bonorum, non ſeruato iuris ordine, facta ſi videlicet mobilia ante excuſſionem mobilium vendita ſint, an ſit ipſo iure nulla, & retractanda, an vero ſubſiſtat, ſi ab ea appellatum non ſit.

Venditione prohibita, an omnis alienatio cenſeatur prohibita. op. 877. n. 1.

1012. Venditor mercium an aliis creditoribus in mercibus illis adhuc extantibus præferatur.

Venditor an etiam ad intereſſe teneatur ob rem non traditam. op. 390. n. 6.

1013. Venditor, qui pactus eſt cum emptore, quod rem venditam intra certum tempus redimere poſſit, an elapſo eo tempore admittatur, & licita ſit talis emptio. Et quid in minore ita vendente.

1014. Venditione per verba ſtipulationem inducentia facta, an contractus, vt venditio & ſtipulatio, valeat.

Opla.1015. Venditor deceptus vltra dimidium iuſti precii, etiam in vno nummo, an ad integrum precium ſupplendum agere poſſit, & idem in emptore locum habeat. Et an tempus quo res empta eſt in æſtimando iuſto precio, conſiderandum ſit.
1016. Vendita re vna, a duobus, cum pacto retrouendendi, an alter ex venditoribus admittatur, ad partis redemptionem, & emptor vni iſti partem vendere teneatur.
1017. Venditio vltra dimidium iuſti precii facta, an valeat, & Remed. l. 2. C. de reſcind. vendit. an habeat locum in re per ſubhaſtationem vendita.
1018. Vendito prædio, vel fundo ad menſuram, an ripa adhærens veniat, & an foſſa fundum ambientes ſint vna cum fundo menſuranda, & in menſura computanda.
1019. Vendito fundo cum expreſſione iugerum, vnico precio pro toto fundo conſtituto, an ad corpus, vel menſuram venditum cenſeatur, menſura atque debeat, & quod plus, vel minus in menſura reperitur, emptori cedat.
1020. Venditor qui in venditione factum ſuum ſaltem promiſit, an teneatur de euictione, ſi, ex facto authorum, vel prædeceſſorum ſuorum res euincatur. Item qui pactus eſt, quod de euictione teneri nolit, an re euicta, nihilominus precium reſtituere teneatur.
1021. Vendens rem cum pacto francandi, an reali actione agere poſſit contra illum in quem res per emptorem translata eſt, an vero contra primum emptorem, tantum actione perſonali.
1022. Venditor an iure ciuili, canonico, & conſcientia agere poſſit ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructum rei emptæ & fuit in mora ſoluendi precium, & an illud intereſſe precium excedere poſſit.
1023. Venditio iurata, facta cum clauſula: ex certa ſcientia: aliiſq; conſuetis, an ex l. 2. C. de reſcind. vendit. reſcindi poſſit.
1024. Venditor dans, tradens, donans, & donare intendens emptori id, quod res plus, quam ei vendita fuit, valet, an ex l. 2. C. de reſcind. vend. venditionis reſciſſionem, ob læſionem vltra dimidium, petere poſſit.
1025. Venditor an præciſe rem tradere teneatur, vel præſtando intereſſe liberetur. Et an totam rem venditam retinere poſſit, precio non ſoluto, ſi vnus ſaltem nummus adhuc deſit.
1026. Venditor qui re vendita, fidem habuit de precio, an eo non ſoluto, ad eam recuperandam, rei vendicatione agere poſſit, & an in re vendita, priuilegium habeat, vt aliis præferatur, vel actionem hypothecariam.
1027. Vendere rem propriam an, & quando quis inuitus cogatur, eiq; à magiſtratu certum precium præfiniri poſſit. Item an, & quando diuites, ad diſtribuendum, vel emendum frumentum pro pauperibus, cogi poſſint. Et venditio ad æmulationem alterius facta, an valeat.
1028. Venditor qui ſcit emptori litem de re vendita moueri, an de euictione teneatur, ſi emptor ei litem non denunciauerit.
1029. Vendita re duobus, an præferatur ſecundus emptor, ſi ei res tradita ſit.
1030. Venditionis, aliusve contractus, vt dici poſſit vſurarius, & ſimulatus, an hæc tria neceſſario concurrere debeant, videlicet modicitas precii, pactum de retrouendendo, & conſuetudo fœnerandi, an vero duo priora tantum ſufficiant. Et quid, ſi cum Eccleſia, muliere, vel ruſtico contractum ſit. Et an exceptio rei iudicatæ obſtet proponenti prædicta tria.
1031. VERBA intelligenda, & interpretanda ſunt ſecundum ſubiectam materiam, naturam rei, & contractus, qui geritur, & mens potius quam verba attendi debet, & verba ſecundum qualitatem perſonarum, ſubiectam materiam, & mentem proferentis, interpretanda ſunt. Et verbum, emo, aliquando ponitur pro precario, & verbum, precium, pro mercede. Item de verbis, mox, illico, & incontinenti, quam interpretationem habeant.
1032. Verba adiecta in inueſtitura feudi · pro ſe, & heredibus maſculis, pro liberis, & deſcendentibus, quomodo accipienda, & an per ea vocentur filii, etiamſi non ſint heredes.
1033. Verbum, promiſit, in ſcriptura publica, vel priuata prolatum, an in dubio ſtipulationem importet, & actionem producat. Et an ex eiuſmodi verbo præſumatur præſentia, & colloquium vtriuſq; partis.
1034. Verba, prout tibi placuerit, item, liberam facultatem, &c. &, committimus tuo iudicio, item, vt melius tibi videbitur, & placebit, item, prout libuerit, vel, prout volueris, an liberam facultatem, & abſolutam poteſtatem, vel reſtrictam ad arbitrium boni viri, importent.
1035. Verbum, conuenit, poſitum, vel prolatum in inſtrumento, an ſtipulationem, vel pactum importet.
1036. Verbum, promitto, in inſtrumento, an pactum, vel ſtipulationem inducat, item an inſtrumenti appellatione, veniat priuata ſcriptura, & teſtes.
1037. Verbum, rei, quas res comprehendat.
1038. Verba enunciatiua, & narratiua principaliter propter aliud prolata, an probent, & diſponant, & quid, ſi ſint iurata. Et an ſtandum ſit verbis enunciatiuis à patre naturali prolatis, præſente filio naturali, quibus dicit filium de ſui licentia eſſe legitimatum. Et an ſcripturam in iudicio producens cenſeatur fateri omnia in ea contenta, etiam quæ incidenter, & enunciatiue in ea dicuntur, vt pars aduerſa in iis ſe fundare poſſit. Et an verba enunciatiua inter partes prolata, plene probent. Item an inſtrumentum, in quo ſit mentio alterius inſtrumenti, tanquam liquidum, præſentari poſſit ſecundum formam iuris, non producto ſimul inſtrumento relato. Et an mandatum procuratoris per id ſufficienter probetur, quod in inſtrumento venditionis dicitur, procuratorem mandatum habuiſſe, idq; Notario, & teſtibus oſtenſum, & lectum eſſe, ſi totius mandati tenor inſtrumento inſertus non ſit.
1039. Verbum, relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum, vel relatum ad legitimam, an inſtitutionem importet, & an idem ſit, in verbo, lego, appoſita in teſtamento clauſula · omni meliori modo, vel ſi ter legitur iure inſtitutionis.
1040. Verbum, diſponere, an vltimam voluntatem, vel diſpoſitionem inter viuos importet. Et verbum, inſtituo, in teſtamento per Notarios omiſſum, an per teſtes probari poſſit.
1041. VIDVA, an durante viduitate nomen, dignitatem, & nobilitatem mariti, eiuſque priuilegia, item forum, retineat.
Vidua meretrices, an comprehendantur ſub ſtatuto in fauorem viduarum introducto. op. 789 n 4.
1042. VIVERE quamdiu quis præſumatur, & quomodo probetur mors, in ciuilibus & criminalibus. Et an mortuus præſumatur, qui per 20 annos abfuit, & de quo interim nihil auditum eſt. Item de ætate hominum ante, & poſt diluuium. Et de mortis tempore ſemper ob oculos habendo. Item qualis abſentia, & quæ probationes requirantur, de morte alicuius, vt heredes ab inteſtato ad eius ſucceſſionem admitti, & vxor eius aliud matrimonium contrahere poſſit.
VOTVM an requirat expreſſionem verborum & an teſtibus probetur, & an obliget vouentem, etiamſi à nemine receptum ſit op 112. n. 8. 9. 11.
1043. VSVFRVCTVARIVS ante præſtitam cautionem rebus vtens, an fructus ſuos faciat, & debitores hereditarios exigere poſſit.
1044. Vſufructu fundi alteri competente, an proprietarius

fundo ſeruitutem imponere poſſit. Et conceſſio facta alicui, vt poſſit è nemore alterius ligna adferre, & aquam de viuo eius haurire, an ſit ſeruitus, perſonalis, vel realis.

Op.1045. Vſufructuarius de rebus quomodo cauere debeat. Et quæ ſit pœna, ſi res, quæ vſu conſumuntur, occultet. Et an, & quando faciat fructus ſuos, non præſtita cautione. Item an teſtator vſufructuario cautionem remittere vel heredem grauare poſſit, ad recipiendum ab eo fideiuſſorem inopem, & an vſufructuarius, non inueniens fideiuſſores ob paupertatem, ad cautionem iuratoriam admittendus ſit. Item an teſtator cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis, heredi remittere poſſit.

1046. Vſufructuarius, cui vſusfructus omnium bonorum relictus eſt, an teneatur ad ſoluendum æs alienum.

1047. VLTRA dimidium iuſti precii deceptione interueniente, an non ſolum venditori, & emptori ſuccurratur, ſed etiam ſocietas, & compromiſſum, ob læſionem vltra dimidium reſcindatur. Et an iſti remedio per iuramentum renunciari poſſit. Item an remedium illud in omnibus contractibus bonæ fidei, & in locatione, item venditione per ſubhaſtationem, & cum decreto iudicis facta, & in tranſactione, item cum qui tradit rem pro certo precio, adiecta clauſula, quod id, quod res plus valeat, ex certa ſcientia donet, & renunciet dicto remedio, item in adiudicatione facta per iudicem, & permutatione beneficiorum, locum habeat. Item, an iuramentum excludat maiorem à dicto remedio. Et quomodo petitio formanda in caſu enormis læſionis.

1048 VSVRÆ, an vt damnum, & intereſſe vtroque iure, canonico & ciuili peti poſſint.

1049. Vſuræ an legatario debeantur poſt moram heredis, & an etiam vſuræ in depoſito ſpeciei debeantur, ſicut in depoſito pecuniæ numeratæ, & de iure canonico, in contractibus bonæ fidei.

1050. Vſuræ an ab hoſtibus licite ſumi poſſint.

1051. Vſura an in vero, & interpretatiuo mutuo tantum committatur. Et an conſuetudo attendi debeat, in iudicando, an contractus ſit vſurarius, & in ſoluendis vſuris.

1052. Vſurarius an cenſeatur contractus emptio annui reditus, vel cenſus, & an ab eccleſia etiam emi poſſit. Et quæ requirantur ad euiuſmodi emptionem ne cenſeatur vſuraria.

1053. Vſurarius manifeſtus, vt teſtamentum facere poſſit, quid requiratur, & quam cautionem præſtare debeat. Et quid in vſurario non manifeſto. Item an mortis cauſa & inter viuos donare poſſit. Et an Iudæi, non præſtita tali cautione, teſtari poſſint. Et quis dicatur vſurarius manifeſtus, & an vſura, ſeu conſuetudo fœnerandi per teſtes ſingulares probari poſſit. Et quibus caſibus vſura ſint permiſſa. Item an vendens rem carius, quam valeat, vſuram incurrat. Et an bona vſurariorum ſint tacite hypothecata pro reſtitutione vſurarum. Et quæ ſint vſuræ mercatorum. Et an vſurarius dicatur, qui deſiit fœnerari. Item an vſurarius teneatur edere actiones rationes ſuas, ad intentionem eius fundandam, cum de vſuris agitur, & an vſurarius ſit infamis. Et an debitor, vltra ſortem, vſuras creditori ſoluens, ſi per Aquilianam ſtipulationem eum liberauerit, vſuras repetere poſſit.

VVLNERATVS quando ex vulnere præſumatur mortuus. op 278. nu 22.

Vulnerati aſſertio in mortis articulo, quod à Sempronio ſit vulneratus, an probet & ſufficiat ad torturam. op. 424. num. 2. Et quid ſi fateatur ſe non fuiſſe ab eo vulneratum. ibid. n. 4.

1054. VXOR per maritum relicta in teſtamento domina, maſſaria, & vſufructuaria omnium bonorum, filiis heredibus inſtitutis, quid conſequatur. Et vice verſa maritus, cui vſusfructus ita ab vxore relictus eſt, & quid, ſi fratres cum filia dotata, in teſtamento inſtituti, ſint heredes. Quid item, ſi filiis inſtitutis, morientibus ijs, alius ſubſtitutus ſit. Et quid, ſi vxor relicta ſit vſufructuaria, donec vidua manſerit, & caſte vixerit, filiis exiſtentibus, ſed poſtea decedentibus. Et quid, ſi illis defunctis, filii alterius matrimonii ſuperſint. Item, an vxor relicta vſufructuaria rerum particularium, totum vſumfructum, earum rerum conſequatur, extantibus filiis, vel ſi appareat teſtatorem ita voluiſſe. Et quid, ſi non extent filii, ſed mater tantum, an vxori tantum alimenta, matri vero vſusfructus debeatur.

1055. Vxor, exiſtentibus tribus liberis, ſuccedit in quarta parte bonorum mariti, pluribus vero, in virili portione, & ſi pauper ſit, & nulli extent deſcendentes, nec aſcendentes, ſed tantum tranſuerſales, lucratur quartam partem bonorum mariti, eamque retinet, etiamſi poſtea diues euadat. Et quomodo maritus pauper vxori ſuccedat. Et quando talis ſucceſſio locum habeat, & quando dicatur dos parua, & an teſtator in teſtamento ſuo, vxori pauperi quartam illam partem bonorum adimere, vel prohibere poſſit, & vice verſa vxor marito. Et quæ actione maritus, & vxor illam quartam bonorum partem defuncti perſequi poſſint. Item an vxor dicatur inops, quæ patrem diuitem habet, & quartam ex bonis mariti petere poſſit.

Vxor an conſtante matrimonio, ob vergentiam viri ad inopiam, dotem repetere poſſit, & quæ tunc vxori remedia competant. op. 228. n. 17. 20.

Vxor maritum lepra laborantem deſerere nequit. opin 302. num. 12. Et an ei debitum reddere teneatur. vp. inio. 315. num. 7.

Vxori litiganti cum marito pro exactione dotis, an à marito expenſæ litis, & alimenta præſtanda ſint. vp inio. 268. num. 2.

1056 Vxori ſuperſtiti, quando heredes mariti mobilia, & immobilia reſtituere teneantur, & an fructus mobilium, intra annum percepti, efficiantur heredum. Et an durante anno luctus, dum mobilia vxori non reſtituuntur, heredes eam alere teneantur. Et quid, ſi vidua intra annum illum ad ſecundas conuolet nuptias. Item an mulieri dotem non repetenti, vſuræ debeantur.

1057 Vxores duas ducens, vel duas ſponſas, vel vnam ſponſam, & vxorem, vel vxorem & concubinam, vel duas concubinas ſimul habens, quomodo puniendus, & ad quem iudicem ſpectent cauſæ matrimoniales. Et quid, ſi quis per iuſtum errorem ſecundam vxorem ducat, vel primum matrimonium nullum ſit, & inualidum. Item an ignorantia vnius ſaltem coniugis interueniente, de matrimonio inualido, vel cum conſanguinea contracto, efficiat, vt filii ex eo nati ſint legitimi, & an filii, nati ex matrimonio putatiuo, in feudis ſuccedant. Item an lite pendente ſuper matrimonio, ſecundum contrahi, & pendente lite, ſuper ſponſa duorum, puella ſequeſtrari poſſit.

Vxor an teſtis eſſe poſſit pro marito, vel contra &c op 459.

1058. Vxor quæ acquiſiuit conſtante matrimonio, an ex bonis viri acquiſiuiſſe præſumatur, & an filius præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis paternis. Item Monachus, Rector, ſeu prælatus Eccleſiæ an ex bonis Eccleſiæ præſumantur acquiſiuiſſe, & concubina, ex bonis concubinarii, & officiales, ex bonis principis. Vidua item, quod poſt mortem mariti intra annum luctus acquiſiuit, an ex bonis mariti acquiſiuiſſe præſumatur. Et muliere negante, ſe ex bonis mariti, ſoluto matrimonio, acquiſiuiſſe, cui incumbat onus probandi. Vidua pauper adminiſtrans bona pupilli, an ex eius bonis acquiſiſſe præſumatur. Et mulier quæ tranſiit ad ſecunda vota, ex ſecundi viri bonis acquiſiuiſſe cenſeatur.

Opin. 119.

Opin. 1059. Vxor an de bonis dotalibus, vel proprijs mariti, abſque conſenſu mariti, eleemoſynam facere poſſit, & an de proprijs, non dotalibus.

Vxor à marito instituta, cum grauamine de reſtituendo, adiens hereditatem, an perdat ius hypothecæ, & poſſit ante reſtitutionem hereditatis, dotem, & creditum ſuum repetere. op. 356. n. 1. 2.

1060. Vxor ob commiſſum adulterium, an dotem, & donationem propter nuptias, item paraphernalia perdat. Et an maritus vxori adulteræ, & vice verſa vxor marito adultero alimenta ſuppeditare teneatur. Et commiſſo per maritum adulterio, an vxor ſeparationem thori petere poſſit, & lucretur donationem propter nuptias. Et qualis probatio requiratur, vt vxor ob adulterium dote priuari poſſit. Et an propter oſculum vel tactum luxurioſum, dotem amittat. Item an vxor putatiua etiam dotem amittat propter adulterium, & quid, ſi maritus commiſſo adulterio per vxorem taceat. Item an maritus vxorem adulteram carnaliter cognoſcens, adulterium remiſiſſe cenſeatur, & an vir, ſcitus vxorem adulteram, licite ante accuſationem ob ea diſcedere poſſit. Et ex quibus ſignis, coniecturis & actibus adulterium reddatur notorium. Item an heredes mariti, de adulterio vxoris ignari, ad dotis priuationem contra vxorem agere poſſint, & an mater adultera ad ſecunda vota tranſiens, filio non conquerenti de iniuria, ſuccedere poſſit. Item an vidua, poſt mortem mariti adulterium committens, dotem amittat. Et in patria poteſtate tempore commiſſi adulterij exiſtens, an patri in dote præiudicet. Item, ſi maritus etiam fornicatus ſit, vel concubinam habuerit, an vxorem adulteram, non obſtante ſententia diuortij, recipere teneatur, & ſic, an adulterium cum adulterio compenſetur. Et an vir adulter, vel occaſionem adulterandi vxori præbens, vxorem adulteram accuſare poſſit. Et an vxor de adulterio ſaltem ſuſpecta, ante cauſæ cognitionem, dote priuari poſſit. Item an mulier per vim, vel à Tyranno aut Rege compreſſa, dotem amittat. Quid item, ſi mulier maritum eſſe mortuum probabiliter credebat, vel habuerit rem cum aliquo, quem maritum credebat. Et quid ſi maritus vxorem in adulterio perſeuerantem retineat. Item an mulier, marito poſt adulterium reconciliato, dotem perdat. Et an mulier, quæ ex adulterio filium ſuſcepit, ignorante marito, id ei, vel filio, ad exonerationem conſcientiæ reuelare teneatur, & quæ remedia tali caſu adhibenda.

Vxor an & quandiu ab heredibus mariti defuncti, non recepta dote, alenda, & an etiam extra domum alenda ſit, ſi in ea manere nolcat. op. 360. n. 3. & ſeqq.

FINIS.